# HITOPADESAS

ID EST

# INSTITUTIO SALUTARIS.

TEXTUM CODD. MSS. COLLATIS RECENSUERUNT
INTERPRETATIONEM LATINAM ET ANNOTATIONES CRITICAS

ADIECERUNT

AUGUSTUS GUILELMUS A SCHLEGEL

ET

CHRISTIANUS LASSEN.

## PARS II.

COMMENTARIUM CRITICUM TENENS.

BONNAE AD RHENUM
TYPIS REGIIS
MDCCCXXXI.
PROSTAT APUD EDUARDUM WEBER
BIBLIOPOLAM BONNENSEM.

CHRISTIANI LASSENII

# COMMENTARIUS CRITICUS

IN

# HITOPADESAM.

CHRISTIANUS LASSEN

LECTURIS

S. P. D.

Editurus demum hoc criticarum in Hitopadesam annotationum volumen non citra necessitatem lectores morabor neque ea repetam, quae accurate et eleganter, ut solet, de suppellectili critica, qua instructi ad textum recensendum nos accinximus, in praefatione ad primam nostrae editionis partem disseruit SCHLEGELIUS, vir summus, cui socium in hoc opere exsequendo adiunctum memet fuisse, gloriarer sane, nise ipse sentirem, quam multum in hac consociatione eius humanitati et erga me benevolentiae sit tribuendum, quam parum dignitati meae. De codicibus igitur, editionibus et interpretationibus fabularum Anglicis verba denuo facere supersedeo; neque opus est hic ea repetere, quae isto loco in universum disputata sunt de criticis, quas in

textu emendando secuti sumus, rationibus. Id significandum est, quo equidem consilio in hoc annotandi negotio usus sim.

Ac potissimum quidem hoc mihi erat propositum, ut plene exhiberem et accurate scripturae discrepantiam, tum in editis libris, tum in manuscriptis obviam, ne levissimis quidem varietatibus aut manifestis sive librariorum lapsibus sive editorum erroribus silentio praetermissis. Quam legem in codicibus religiosius tenui, quam in editionibus, siquidem magnopere interest inter utriusque generis varias lectiones. Quanta cum incuria atque inscientia in negotio suo versatus sit editor Calcuttensis pariter atque Hayleyburiensis, nunc ex enotatis et hoc commentario consignatis utriusque peccatis satis superque apparebit; menda autem e sola negligentia orta nil fere habent ponderis in vera scriptura e depravata quadam lectione elicienda, neque ita magnopere refert scire, quae inscitiae specimina edere non vitaverit editor quidam in monumentis antiquitatis summa diligentia et religione quasi quadam tractandis leviter et, ut ita dicam, impie versatus. Aliter autem res se habet in varia codicum scriptura quamvis vitiosa. In hac enim saepenumero comparent vestigia, e quibus genuina scribendi ratio elici et textui reddi tuto potest. Sunt deinde quidam constantes librariorum errores, aut e corrupta profecti hodierna pronuntiatione, qua litterae nonnullae probe distinguendae con-

funduntur inter se et permutantur, aut orti e laxiore et rationes linguae obscurante ac paene evertente recentiorum grammaticorum doctrina, si doctrinae nomine ita abuti licet *). Hos autem probe cognoscere admodum refert, si aut libros manuscriptos evolvere velis, aut uti editionibus in ipsa India a Panditis quos dicunt profectis. Operae pretium igitur et summopere e litteris Indicis severiore philologica ratione tractandis esse existimavi, si negotio molesto sane et taedii aerumnosi pleno haud exiguam curam adhiberem. Quam fastidient fortasse ii, qui neglectis hisce minutiis statim ad altioris indaginis quaestiones evolare et speciosae eruditionis laudes facili conatu arripere cupiunt; laudabunt ii, qui didicerint, philologicam disciplinam et quae ab ea pendeat, antiquitatis scientiam, permultis minutulis quaestionibus carere neutiquam posse.

Explicare oportuit rationes, propter quas tantum diligentiae posui in mendis librorum repetendis. Verum aliud genus est variae scripturae, mendosum vel id quoque, sed quod diligenter excutere et ego debui et omnes debent, qui iustam textus cuiusdam editionem adornare aggrediuntur. Saepius nimirum aut substituunt libri singula vocabula,

*) Qualis est regula ista a Wilsone in praefat. ad Lexic. Sanscr. p. XLII laudata: रलयोर्डलयोस्तद्वज्जयोर्बवयोरपि । शसयोर्मनयोश्चान्ते सविसर्गाविसर्गयोः ॥ सविन्दुकाविन्दुकयोः स्यादभेदेन कल्पनं ।

quae eiusdem fere significatus esse videntur, cuius ea, quorum loco posita reperiuntur; aut, eadem verba servantes, ordine collocant alio. Utrumque genus mendosum appellare liceat, si recte tecum reputaveris, quid mendosa sit scriptura, quid vera. Mendose igitur alius vocabuli loco substitui assevero id, quod eandem rem quidem dicat, sed non ea vi, quae pro totius orationis tenore requiratur. Mendosam eam dico verborum collocationem, qua vis orationis non eis vocabulis tribuatur, in quibus re vera versetur. De utralibet autem huiuscemodi scripturae varietate iudicium pendet ab accurata synonymarum vocum scientia et constructionis cuique linguae propriae norma bene intellecta. Neutro cognitionis genere carere potest, qui litterata antiquitatis monumenta a corruptelis, quibus per temporis decursum negligentia hominum et iniqua sors ea foedari passae sint, vindicare et ad genuinam formam, pristinumque nitorem restaurare instituit. Ad istam autem linguae cognitionem acquirendam nil omnino magis facit, quam diligenter instituta et iudicio acuto temperata variae scripturae comparatio. Quae quum instituatur, ad varias vocum significationes diligentius perpendendas et innatas linguae loquendi leges altius indagandas et ipsi attentiores reddimur, et alios attentiores reddimus. Litteras autem Indicas si respicimus, id infitias minime ituros esse opinor eos, qui tantum in illis profecerint, ut sciant, se non omnia scire, quae debeant

sciri, vim et rationem permultarum dictionum nondum satis nos habere compertas, neque ea, qua par est diligentia, exploratas esse syntaxis Indicae leges, quarum magna pars in verbis recte collocandis posita est. Viris itaque, qui in hasce res inquirere non gravantur, variarum hancce copiam lectionum utilitatis aliquid allaturam esse spero. Valde idoneus autem liber est Hitopadesas, qui huic usui inservire possit, utpote qui magnam partem soluta conscriptus sit oratione, quae, metri vinculis non obstricta, naturalem et nativam loquendi sequitur normam aut certe eo collocat vocabula ordine, qui ad loci cuiusvis tenorem potissimum sit accommodatus. Neque alius hucusque *critice* editus est Sanscriticus liber, soluta oratione concinnatus.

Postremo denique loco id commemorabo, quod nostri consilii postremum minime fuit, sed ita primarium, ut disertis verbis ea de re dicturus non fuissem, nisi praevidissem, a silentio meo quaesituros fuisse homines quosdam ansam nostri reprehendendi. Nimirum exhibenda erat scripturae discrepantia, ut legitime iudicare possent huius rei curiosi, utrum meliorem scripturam quoque loco praetulerimus, an secus. In textu recensendo quamvis neutiquam leviter, sed diligentissime nos versatos esse asseverare non dubitamus, ab inhumana tamen ista arrogantia, quasi errare non potuissemus, quam longissime sumus remoti. Quod ipsi declaravimus eo, quod locos quosdam, de quibus minus

recte a nobis antea constitutum fuerat, nunc retractavimus. Alios fortasse alii invenient.

Interpretes Anglos ubique eo consilio contulimus, ut ex eis certiores fieremus, quam scripturam utervis eorum in codice suo invenerit; sed varias lectiones e verbis eorum Anglicis reconcinnare nec tutum erat, nec multum bonae frugis attulisset, quia coniectando magis, quam certa proferendo Sanscrita fuissent ex Anglicis restituenda. Neque cupidus equidem fui virorum optime de Indicis litteris meritorum irridendi. Cui rei qui inhiat, ei amplam messem reliqui.

Receptae a nobis scripturae patrocinium non ubique suscipere necessarium est visum, nec multis verbis significare rationes, quas habuerimus reiectas lectiones condemnandi. Peritiores enim vel sine mea admonitione videbunt, quid quamque scripturam commendet, quidve cuique obstet. Minus peritorum caussa institui debuisset disputatio longior, et quae egressura fuisset fines huic volumini praescriptos; verum enimvero tirones admonendi interdum erant breviter de scripturae cuiusdam pravitate, ne in vitiosis verbis enucleandis oleum et operam perderent. Uberiori utendum erat sermone, ubi vocabulum nos in textum receperamus minus usu frequentatum difficiliusve intellectu, aut constructionem exhibueramus a vulgata loquendi consuetudine paullo remotiorem; ne, nullis allatis ad nostram rationem stabiliendam

argumentis, textui inaudita vocabula, illegitimasve constructiones obtrusisse videremur.

Dicendum denique est de consilio, quod in enarrandi munere secutus sum. Spopondit SCHLEGELIUS, se interpretatione Hitopadesae Latina hanc editionem esse adornaturum et mox vota exsolvet. Quae species commentarii, ut ipse recte ait, brevitati maxime est accommodata. Ad quam quum confidenter ablegare liceret eos, qui sine tali auxilio Hitopadesam legere non possint, in facilioribus locis, in quibus nil insolentius dictum invenirem, non operae pretium mihi videbatur chartam consumere. Difficilioribus malui explicandis operam strenuam navare. Consilium significavi, vereor tamen summopere, ne minus quam vellem sim executus. Est autem omnino haec Indicae philologiae pars, hermeneuticam dico, ex mea quidem sententia non ea qua debet ratione tractata. Solent enim nonnulli, abiecto paene omni proprio iudicio, in explicationes scholiastarum iurare, qui consuli sane debent et in artificiosis recentioris aevi poematis et obscuris admodum philosophorum scriptis maximae sunt auctoritatis; in antiquioribus autem linguae monumentis haud ita sine iudicio sequendi. Alienam esse hanc viam a philologia vera, quae in critica ratione tota est posita, demonstratione eget nulla. Neglexerunt praeterea scholiastae permultos quum integros libros, tum locos singulos; quos si intelligere velimus, et volumus haud dubie, a nobismetipsis

petamus explicationem necesse est. Aut vocabula sunt singula, quorum vis ignota nobis sit, aut sententiae constructionem praebent, quae difficilius expediatur. Vocabula interpretari ignota aggredientes, ad *etyma* confugiunt quidam. Quae via ad veritatem perducere potest, sed utrum ducat, necne, nescitur, nisi evictum fuerit, eodem *usurpari* vocabulum sensu, qui ex etymo eius eruitur. Explorandus est igitur *usus*, ad quem definiendum nil magis facit, quam comparatio diversorum locorum, quibus idem legitur vocabulum, eo consilio ut indagetur non solum quod quidque vocabulum significet, sed etiam qua vi quidque significetur quoque vocabulo. In quantos enim errores detrudere possit etymologica vocum interpretatio, si sola adhibeatur, facile perspicies, si a sola origine repetiveris vim dictionum व्याघ्र, उष्मपा, गोचर्, sexcentarum aliarum.

In constructione difficiliore enucleanda non multum proficiemus, nisi casuum, temporum, modorum usum, particularum tum simplicium, tum compositarum vim ac naturam, et quae hisce quaestionibus sint similia, ad vivum resecta habuerimus. Quos locos non ea qua decet ratione tractavere grammatici indigenae; Sanscritam syntaxin nondum delibarunt Europaei. Nam pauperculae quaedam regulae, omnibus fere linguis cum Indica communes, hoc nomine vix dignae iudicabuntur. Totam Indicam syntaxin in hoc commentario docere nec potui, nec debui; singulas quasdam

huius generis observationes data hac opportunitate V.V. D.D. iudicio submittere volui; plures conscripseram, sed mox, increscente nimis libri mole, omisi; omissas desiderari a lectoribus vellem.

Omnes notas diligenter mecum pertractavit SCHLEGELIUS ipse, qui commentarii critici in Hitopadesam condendi consilium iam ante aliquot annos inierat, mox autem, nobilioribus studiis redditus, absoluta textus editione, hanc provinciam mihi concredidit. Religiose, ut debui, omnes ab eo conscriptas annotationes conservavi eiusque nomine distinxi, alacriter quas, dum consociato studio librum a lapsibus operarum vindicandum perlustrabamus, mecum communicavit, meis inserui. In quibus qui ingeniosum dilectissimi viri in corruptis locis emendandis acumen, in difficilibus explicandis doctrinam, iudicium, sagacitatem probe intellexerit, is mecum optabit, eum enarratoris munere quam saepissime per huncce librum functum fuisse.

Desiderabunt fortasse quidam in hoc commentario locorum explicationem nonnullorum, qui haud ita intellectu faciles per se videri possint. Difficillimum sane fuisset, etiamsi voluissem, omnium desideriis satisfacere; atque id diserte moneo, me operae pretium non existimasse, tironum gratia exponere, quae notissima aut sint aut sane esse debeant. Peritioribus deesse nolui, vereor, ne defuerim.

Indicavi fontem distichorum fabulis insertorum, ubi indagaveram; quibus indicationibus utiliter uti possunt, qui in historiam Indorum litterariam inquirere instituent.

Video ortas esse inter viros Indicarum litterarum cultores dissensiones quasdam de vera scribendi ratione; de quibus quae sit mea quidem sententia, nunc exponere in animo non est. Quod hic dicendum habeam, brevibus expediri potest. Observavi in ceteris easdem leges, quas in textu typis describendo nobis praescripsimus; sed usus sum signo nasalis mutabilis, tanquam scripturae compendio, quemadmodum utuntur Indi ipsi, magis pro commodo tum meo, tum operarum, quam iuxta certam quandam regulam. Quo facto incurram, credo, in reprehensionem nonnullorum. Sed libenter fateor, rem totam non tanti mihi fuisse visam, ut propter eam libri mei editionem differrem; quod non potuissem, quin facerem, si ubique quinque definitarum nasalium litterarum signis secundum eam legem, quam alias et ipse secutus sum et sequendam esse arbitror, uti voluissem. Brevitatis caussa interdum initia tantum vocabulorum exhibui, addito a latere circulo, qualem ad hunc usum usurpatum praebent saepius codices. Sedes syllabarum inter varias distichorum scripturas non repetendarum punctis indicavi, ubi necessarium videbatur.

Qui in SCHLEGELII nota ad dist. 2. prooem. memoratur commentator Hertfordensis, idem est vir, qui editionem

Londinensem molitus est. Commentarius iste, in usum scholarum Hayleyburii habendarum conscriptus, continet pp. LXXII analysin grammaticam Hitopadesae usque ad Lib. I, dist. 33. extensam, sed nunquam, quod sciam, publici iuris factus est. Quod optime factum esse vel uno specimine demonstrare suffecit. Laudavi semel bisve libellum *Bernstenii*, profess. Vratislaviensis, eo potissimum consilio, ne eum ignorasse viderer *). Iustis auxiliis non instructus editionem vere criticam adornare non potuit vir clarissimus, neque hoc titulo reprehendendus, neque utilis instituti laude privandus; sed critici praesidii inde nobis nil accrevit. Librorum Sanscrite editorum, quorum mentio iniecta est, indices huc apponere, supervacaneum esse reor; neque ignoti esse debent inediti, e quibus exempla quaedam protuli. Bhavabhûtis drama Mâlatîmâdhava laudavi secundum paginas meae editionis nondum absolutae; Gîtagôvindam ex ea recensione, quam ego codicum ope institui.

Glossarium aut omnium vocabulorum, quae in Hitopadesa leguntur, aut eorum, quae in Wilsonis opere desiderantur, conficere utile sane fuisset et confecissem, nisi eo accedente nimis aucta fuisset libri huius moles. Indicem in commentarium omittere non decuit.

---

*) Index libri hic est: *Hitopadaesi particula.* Edidit *Georgius Henricus Bernstenius.* Vratislaviae MDCCCXXIII. 4to.

Sed haec hactenus. Exscriptus est hic liber Devanagaricis typis formae minusculae, quibus Regia munificentia Academiam nostram ditavit. Qua donatione quantum favoris et patrocinii specimen in studia nostra editum sit, sentire maxime licet mihi, qui primus experientia sum edoctus, quamvis optassem sane, inauguratum fuisse praeclarum istud beneficium edito quodam opere, quod meo et gravius fuisset et limatius. At spero fore, ut voluntatem magis quam ipsum opus respiciant tum studiorum meorum fautores, tum harum litterarum aequi existimatores.

Scribebam Bonnae mense Iunio 1831.

# COMMENTARIUS CRITICUS

IN

# HITOPADESAM.

*P.* 5. *init.* शिवाय नमः । Sic Cod. P. Similiter Pp. ॐ नमः शिवाय । Sed minus apte praemittitur monosyllabum mysticum libro, qui delectationis et pueritiae instituendae gratia scriptus, inter sacros referri nequit. Ed. Lond. श्रीविश्वेश्वराय नमः । quod ad idem redit: praetulimus tamen lectionem simpliciorem. J. et W. legerunt in exemplaribus suis: गणेशाय नमः । W. porro addit सरस्वत्यै नमः । quae et ipsa habent quo se tueantur: nam Ganesae ingeniosa quaeque tribuuntur; Sarasvatis eloquentiae praesidet, eique dedicatus est liber, cui superstructus est Hitopadesas, Panchatantrum (cf. *Trans. of the Royal As. Soc. of Gr. Br.* Vol. I, p. 157). Variant eiusmodi salutationes pro libito fere librariorum, attamen ipsum auctorem librum suum Sivae dedicasse crediderim; nam et huius numen primo disticho adorat, et cum peculiari quadam proprietate commendari poterat fabularum liber Sivae, utpote qui पशुपतिः *animalium dominus* dicitur. S. P. 5.

*Dist.* 1. Sententia egregie illustratur alio versu libr. II, dist. 13. b. add. IV, dist. 98.

— 2. a. हितोपदेशोऽयं । Ed. Lond. - देशार्थं । Portentosam lectionem silentio praetermisissem, nisi commentator Hertford. eius rationem reddere conatus esset; venditat nimirum istud pro vocabulo composito, quale nunquam formari potuit. S.

— 4. a. विद्यैव । Consentiunt in hac scriptura libri editi et Mscripti, quam ob caussam manus a mutando abstinuimus, quanquam lenissima medela in promptu foret, emendando विद्या हि; in sequenti dist. recte legitur विद्यैव, unde huc illatum esse videtur. Esse tamen potest oratio recta et प्राहुः parenthesis loco haberi: »omnibus bonis praestat scientia, *ita aiunt.*« Eodem modo peculiari quadam vi affirmandi orationi directae inseritur मन्ये, *credo.*

P. 3. *Ibid.* b. Pro अक्षयत्वात् Cod. Pp. अक्षय्यत्वात्, quod ad idem redit.

*Dist.* 5. b. दुर्धर्षं । Cod. P. et edd.: दुर्द्धर्षं; Pp. दुर्द्धर्षं, unde aliquis suspicari posset, legendum esse दुर्दर्शं (difficilem visu regem, pro fastu nimirum aulae Asiaticae), littera ध repetita per द्ध pro ध्ध, quemadmodum saepius peccant librarii. Sed altera ex parte librarii Bengalici, neque ii indocti, pro libito fere ponunt sibilantes श et ष, in errorem inducti hodierna pronuntiatione, apud Bengalos potissimum obtinente, qua eodem paene modo efferuntur ambae litterae. (cf. *Carey Gramm.* p. 6. *Forster Gr.* p. 3.) दुर्धर्ष saepius quidem usurpatur de viro forti, qui haud facile superatur; sed hoc non obstat, quo minus de rege, ad quem difficilis sit aditus, h. l. dicatur. Alia porro est caussa, cur hanc vocem huic contextui accommodatiorem esse censeam; nam sicuti नीचगा, quod proprie ad सरित् pertinet, ita positum est, ut quodammodo etiam ad विद्या referri possit, ita दुर्धर्ष simili positione ad समुद्रं quodammodo trahi potest, quamvis proprie epitheton sit regis; दुर्दर्श autem inepte dictum foret de oceano, qui दुर्धर्ष dicitur Râm. II, 34, 45. ed. Schl.

*Dist.* 5. 6. Interiectum est in editis distichon hocce:

विद्या ददाति विनयं विनयाद्याति पात्रतां ।
पात्रत्वाद्धनमाप्नोति धनाद्धर्मं ततः सुखं ॥

quod exulare iussimus. Omittitur in utroque codice. Omissiones codicum singulorum alioquin non magnopere curo, sed gravior hic accedit caussa. Doctrina, quae his versibus traditur, non solum est improbanda, sed plane ridicula. Quid enim, quaeso, pietati cum divitiis? Mire se torserunt interpretes, ut sensum tolerabilem inde elicerent. Cl. Wilkins monet, cultum numinis apud Indos in rebus externis poni, in sacrificiis magnificis, aliisque id genus, quae sine magno impendio parari nequeant. Haec sane est vulgi opinio, a Brachmanis lucri cupidis sedulo propagata, sicuti etiam Christianorum antistites exstiterunt, qui hominum superstitiosorum opibus inhiantes, largitiones pro remedio animae Ecclesiae, i. e. sibi, factas, tanquam certissimam salutis viam post vitam facinorosam commendarent. Sed sapientes utrobique meliora docuerunt. Cf. Bhag. Git. XVII, 11. 17. 20. et infra I, dist. 173. Haud facile mihi persuaderi patiar, auctorem nostrum, qui complures fabulas finxit, multos versus libro suo inseruit, quibus aperte vana sanctitatis simulatio deri-

deatur, hanc doctrinam probasse. Profert ille quidem etiam alias sen- P. 3.
tentias, nec probandas, neque ab ipso probatas; sed semper id significat aut refutatione subiecta aut delectu personarum, quibus eas tribuit. Hic autem in prooemio e sua persona loquitur. S.

*Dist.* 6. a. विद्या शस्त्रस्य शास्त्रस्य । Haec est lectio cod. Pp. ceteri: शस्त्रं च शास्त्रं च । quae nimis dura foret appositio, ut ipsa arma, ipsi libri disciplina dicantur. Postulatur genitivus et numerus sing. collective est positus. Ceterum ludit poeta in similitudine verbornm. S.

Incredibilis admodum est error commentatoris Hertford. qui प्रतिपत्तये accipi vult pro nom. dual. ita ut praedicatum sit ad विद्ये referendum. Tironum gratia moneo, dativum hic indicare usum, cui res quaedam inserviat; quod grammatici Indici plerumque sic exprimunt: तादर्थ्ये चतुर्थी. Ex. gr. scholiastes ad hunc locum dramatis Mâlatî - Mâdhava inscripti (Act. I, sl. 16.): संतापसंततिमहाव्यसनाय तस्यां । आसक्तमेतद् . . . . . चेतः । ubi व्यसनाय explicatur per व्यसनार्थं, addita definitione technica, quam mox laudavi. Aliud exemplum huius dativi est Bhag. Gît. IV, 23. Vid. infr. Lib. I, 5.

Sequitur in ed. Lond. hoc distichon:

पण्डिते च गुणाः सर्वे मूर्खे दोषाश्च केवलं ।
तस्मान्मूर्खसहस्रेषु प्राज्ञ एको विशिष्यते ॥

Abest ab ed. Ser. et codd., neuter interpres id in suo exemplari legit. Agitur hic de scientiae pretio, non de stultorum importunitate; alieno loco itaque intrusa est sententia. Cui si quis locum commodiorem quaerit, interponat eam sermoni regis Sudarsanae post dist. 16. infra. S.

*Dist.* 7. Dubitari potest, utrum vocabulum संस्कारः intelligendum sit P. 4.
de figuris ornandi gratia operi fictili impressis, an de aromate quo perfusa argilla nondum exsiccata vel cocta bonum odorem deinde perpetuo servat. Mihi posterius placet, quo et लग्न deducit. Plerumque संस्कार ad ornamenta externa refertur; attamen usurpatur etiam de puritate interna, v. c. in Manûs legibus de initiatione. S. (Mân. Sâstr. II, 66).

*Lin.* 6. प्रासादपृष्ठः पथि गच्छता e cod. Pp. Quibus verbis narratio egregie illustratur. Quomodo enim homo privatus ausus foret recitare coram rege versus, quibus reprehensio filiorum eius subesse videri debebat? Sed quemadmodum solent istarum regionum incolae tempore matutino vel vespertino, ut a nimio calore sese reficiant, ascenderat rex

P. 4. in solarium domus suae, ubi a praetereunte, casu has sententias recitante, conspici non poterat. S.

De situ urbis Pâtaliputrae supervacuum foret dicere post ea, quae disputata sunt in libro: *Ind. Biblioth.* II, p. 395. Alio nomine dicitur *Kusumapura*, i. e. Anthopolis. Hemach. IV, 42. Etiam *Pushpâpura*; Trik. Sesh. sl. 16. किमपि idem valere atque किंचित्, किंचन, in vulgus iam notum esse debet; interdum etiam किंच dici, alio loco observavi. De Pentap. Indic. p. 87.

*Dist.* 9. b. दर्शकं editi; meliorem scripturam debemus Cod. Pp.

— 10. d. किमु । Operae pretium erit paucis vim huius particulae exponere, quam iusto brevius expedivit cl. Wilso, sive potius is, ex quo sua hausit, Amarasinhas p. 368, v. 5. Dicit enim किमु poni विकल्पे i. e. interprete cl. Colebrookio „*indicating deliberation*". Quam significationem non negabo quidem, quanquam nullum in promptu habeo locum, quo egomet eam confirmare possim; alium sensum huic particulae nostro loco esse attribuendum, solis luce est clarius. Composita est ex किं et उ, quae vocula in libris, quos usu quotidiano conterimus, rarissime sane apparet; veruntamen a grammaticis agnoscitur et non semel in Upanishadis adhuc editis reperitur. Primaria eius significatio adversativa esse videtur: Kathak. Up. p. 4. अन्यच्छ्रेयोऽन्यदुतैव प्रेयः । तयोः श्रेय आददानस्य साधु भवति हीयतेऽर्थाद्य उ प्रेयो वृणीते ॥ Isa Up. p. 1.: अन्धं तमः प्रविशन्ति ये ऽविद्यामुपासते । ततो भूय इव ते तमो य उ विद्यायां रताः ॥ Altera deinde significatio est continuandi, atque *etiam* valet: Mund. Up. II, 2. p. 5: तदेतदक्षरं ब्रह्म स प्राणस्तदु वाङ्मनः । Kath. Up. p. 9. तदु नात्येति कश्चन । »hoc etiam non exsuperat quispiam« i. e. neque hoc exs. q. Eodem sensu legitur Kena Up. p. 1. स उ, »ille etiam« et Rigved. *Spec. ed. Rosen* I, 1. b. अभूदु उ »fuit etiam.« Tertio denique loco pono significationem, quam in quibusdam Rigvedae locis observavi: *iam.* I, 1. a. उदु उ श्रिय उषसो रोचमाना अस्थुः । »*Iam* luces Aurorae fulgentes exsurgunt.« Ibid. in not. उदु उ तिष्ठ सवितः । »Exsurge *iam*, Sol.« Interpretari omisit particulam Rosenius meus. Ab उ derivata est particula उत, quae in loco mox laudato ex Kath. Up. *etiam* valet; eodem significatu ter in Bhag. Gîta legitur (I, 40. XIV, 9. 11. Adde Rigv. Spec. p. 8. l. 1. p. 10. l. 5. p. 12. l. 4. p. 16. l. 6.) Aliis locis उत affirmat; cuius rei testem adhibebo Grammaticae Indicae principem, Paninem: (III, 3, 152. p. 324.) उताप्योः समर्थयोर्लिङ् ॥ उत । अपि । इत्येतयोः समानार्थकयोः प्रयोगे धातोर्लिङ् स्यात् । उता-

धीयीत । अप्यधीयीत । बाढमध्येष्यते इत्यर्थः । बाढमित्यर्थे तुल्यार्थावेतौ । समर्थयोः किं । उत दण्डः पतिष्यति । P. 4.
अपि धास्यति द्वारं ॥ Nimirum ab utraque particula incipere etiam potest interrogatio affirmativa. उ et व eandem esse voculam docent prorsus similes contractiones: उवाच pro ववाच cet.; व in derivatis autem solum superstes est: वत (in यद्वत) इव (praeposita littera इ, quae radix est pronominis इदं) et एव (praefixa diphthongo ए, quae eadem एतद् et एतावत् formandis inservit.) Neque absurdum erit suspicari व ab origine coniunctum esse cum वा; littera V etiam in vocibus Latinis *ve*, *vel*, et in Indica praepositione वि disiungendi et discriminandi vim habet.

His expositis ad किमु revertor, cui particulae inest vis disiungendi, sed ita tamen, ut ea res, quae hac particula disiungatur ab aliis, maior et gravior esse dicatur, quam ceterae, quae prius iam fuerint memoratae; nam किमु in altera tantum positionis parte poni posse, per se patet. Valet igitur, ut uno verbo dicam, πῶς οὐ, vel si interrogationem omittimus, *quanto magis*, *nedum*, et vehementer est affirmantis. Eodem sensu frequentius usurpatur किं पुनः; किमुत antem a किमु hand differre opinor. Alia est ratio particulae किमु in hoc *Amarû - Satacae* disticho; in hunc enim locum re vera quadrat definitio Amarasinhae:

न जाने संमुखायाते प्रियाणि वदति प्रिये । सर्वाण्यङ्गानि मे यान्ति श्रोत्रतां किमु नेत्रतां ॥

„Vix novi, quum coram me adstet amicus et dulce loquatur, utrum in auditum tota abeam, an in visum."

*Lin.* 12. 13. Verba नित्यमुन्मार्गगामिनां a neutro codice agnoscuntur, recurrunt infra suo loco in sermone regis, unde huc translata esse suspicor. – Ed. Ser. et cod. Pp. अनुष्ठानेन, omissa negatione; Cod. P. substituit ज्ञानोपादानेन; neutrum bene; nam rex उद्विग्नमनाः est sollicitus propter rem, cui mederi vult, non de re consequenda. Ceterum observavit Vir illustr. SCHLEGELIUS vocabulum अनुष्ठान desiderari in lex. Wilsoniano, neque explicari significatum verbi स्था praefixa praepositione अनु; enotatum autem esse nomen in cl. *Haughtonis* Gloss. Bengalico s. v.; ubi haec leguntur: अनुष्ठान, nomen verbale, *the following, attending to or searching.* Cf. praeterea *Rosenium* s. v. et Bhag. Gît. III, 31. 32. 35. XVIII, 47. Notat अनु+स्था etiam *petere,* quae significatio omissa est a Rosenio. MUDR. RAX. Prolog. संगीतकमनुतिष्ठामि, „musicos arcesso."

Addit idem vir cl. उपादान in varia lectione, ex cod. P. enotata, habere

P. 4. significatum a Wilsone silentio praetermissum: *suppeditatio*, et ablegat lectorem ad eundem Haughtonem s. v. उपादेय.

*Dist.* 12. 13. Cod. P. horum distt. ordinem invertit; Pp. prius omittit; J. duodecimum decimo quarto subiungit. Prius e Panchatantro huc translatum est; cf. Wils. l. l. p. 158; alterum BHARTRIHAREM habet auctorem; cf. ed. Ser. p. 58.

His distichis sola ed. Ser. interponit hosce versus:

वरं गर्भस्रावो वरमपि च नैवाभिगमनं ।
वरं जातः प्रेतो वरमपि च कन्यावजनिता ।
वरं बन्ध्या भार्या वरमपि च गर्भेषु वसतिर् ।
न वाविद्वान् रूपद्रविणगणयुक्तोऽपि तनयः ॥

„Toleranda res est abortus; tolerandum quoque, quando mulier omnino non concipit; tolerandum, quandŏ natus moritur; tolerandum quoque, quando puella nascitur; toleranda uxor sterilis, toleranda quoque graviditas ultra terminum protracta; non vero tolerandus filius insipiens, quamvis forma et divitiarum copia sit instructus." In ultimo versu emendandum est न चाविद्वान्. His versibus quos neuter interpres in exemplari suo legit, sine ullo damno textus carebit. S.

*Dist.* 14. Dedimus lectionem cod. Pp. Ed. Lond. et Cod. P. exhibent ससंभ्रमात् quod plane stare nequit; nam praeposita particula स substantivum संभ्रम in adiectivum convertitur, quod non habet, quo referatur. Melius igitur Ed. Ser. ससंभ्रमा, quod cum कठिनी iungi debet. S. In fine dist. cod. P. कीदृशी नाम, haud obstante metro. Pp. कीदृशी नाम भवति। utramque vocem haud patitur versus.

Priorem huius sententiae versum satis obscurum parum expedivit Jonesius et interpres Hayleyb. Ludere videtur poeta in duplici sensu vocabulorum गुण et गुणिन्, quae tum de virtute, tum de multiplicatione usurpantur; v. c. त्रिगुण, चतुर्गुण, triplex, quadruplex. Erit itaque dilogia, ut गुणिगण significet simul coetum virorum virtute praeditorum et seriem numerorum qui multiplicando efficiuntur. Desumta videtur metaphora a tabula arithmetica sive abaco, quo pueri utuntur. Sed haereo in verbo पतति,

utrum sit: *excidit* e manu rubrica prae nimio studio, an *incidit* in P. 4.
locum aliquem? Si hoc ultimum, expectabam potius गुणिगणे; atqui refragatur metrum. Hoc sibi vult, mulierem, cuius filius matura virtutis aemulatione non excitatur, pro sterili esse habendam. Neminem fugit alliteratio, initio versus sedulo quaesita. S.

Non habeo, quod hisce addam, nisi hoc unum, sine dubio metaphoram desumtam esse a re Indorum arithmetica, sed latere nos aliquid, quo impediamur, quo minus vim et proprietatem orationis intelligamus. Coniecturis nihil in hoc versu efficitur, nisi fortasse quis pro गणन legere mavult गुणन, quod vocabulum est arithmeticorum; vid. Colebrook. Ind. Algebr. p. 5. गुणन, *multiplicatio*; गुण्य, *multiplicandus*; गुणक, *multiplicator*. Sed गणन etiam ad arithmeticam pertinet; व्यक्तगणित nomen est ipsius numerorum scientiae; cf. Coleb. l. l. p. 1. atque tuetur hanc scripturam distichon, quod solus cod. P. subiungit ad versus, de quibus sermo noster institutus erat, illustrandos:

किं तेन भुवि जातेन मातृयौवनहारिणा । सतां गणने यस्य न भवेदूर्द्धगङ्गुलिः ॥

Deest syllaba in tertio hemistichio; in quarto corruptela inest, cui tamen facile est mederi; nam nullum exstat vocabulum मङ्गुलिः, et aeque inauditum est घङ्गुलिः । Legendum videtur धंगुलिः । Sensum totius distichi hunc esse coniicio: filium, qui quum hominum virtute praeditorum nomina laudari et celebrari audiverit, prae admiratione digitum non tollat, nulli esse usui. धंजलिः praeclara est SCHLEGELII coniectura; admirantis enim est istud scenicorum धंजलिनाकाशे धंकृ.

*Dist.* 15. 16. Deest utrumque distichon in cod. Pp. prius in P. P. 5.
Praebet dist. 16. anacoluthiam constructionis satis memorabilem; sequi enim debebat in altero utriusque versus hemistichio nominativus, sed mutata est constructio, quasi antecessisset casus tertius et dictum fuerit: वरमेकेन पुत्रेण । एकेन चन्द्रेण तमो हन्यते । च cum न iunctum saepius habet vim adversativam et valet न तु.

*Dist.* 18. b. प्रियया । Sic scripsi repugnantibus codicibus, qui in प्रिया च cum editis consentiunt. Sed plane fuit necessaria emendatio. Etenim si utrumque epitheton प्रिया et प्रियवादिनी ad भार्या referas, enumerantur quinque tantummodo vitae bona; quod interpretes haud animadvertisse miror; amicam autem postulari praeter uxorem legitimam eam-

P. 5. que blandiloquam, neutiquam decet. Quis porro patietur, amicum inter praecipua vitae bona omitti? S. *Ibid.* d. Pro राजन् cdd. तात ।

— 19. b. कुशूलापूरणाढ्यैः । Utraque editio: कूशल, quale vocabulum non exstat. Interpr. Hayleyb. tentaverat कुशल; frustra. In codd. nihil erat praesidii, quippe qui disticha 19 — 23. omittunt. Praeclaram emendationem debeo viro clar. *Haughton.* Mendose excusum est in editione nostra पूरण pro आपूरण, uti habent edd. Errorem vel metrum arguit: evadunt enim quatuor iambi continui, quem numerum slocus non admittit. S.

*Ibid.* c. कुलालव्यो ed. Ser. quod, nisi operarum culpa editum sit pro ea scriptura, quam nos dedimus, a particula बलं addito affixo विन् derivandum foret; sed dubito, an tale vocabulum formari omnino possit.

*Dist.* 20 — 23. Quatuor haec distt. tum in ed. Ser. tum in codd. desiderantur, sed cl. Wilkins singula in libro suo legit, Jonesius cetera praeter 22. — *Dist.* 20. Exhibuit hanc sententiam Halhedus inter specimina scripturae Devanagaricae p. XXXV. praef. ad cod. leg. Indic. cum varietate lectionis in versu priore: पिता च ऋणवान् शत्रुर्माता शत्रुरशीलिनी । quae doctae sunt lectiones, nec tamen praeferendae. Hiatus ante vocalem ऋ tolerari potest. S.

— 22. Luditur iterum in verbis; वंश et prosapiam sive genus significat et arundinem durissimam (*Bambu*), unde arcus conficiuntur; गुण virtutem et nervum. S. यत्तत् significat *quodlibet*, *quodcunque* et pronomen est compositum; alia exempla invenies Bhag. Git. XVIII, 37. 38. VI, 21. Monendi autem sunt tirones, ne hoc pronomen compositum statuant, ubi re vera यत् ad antecedentem, तत् ad sequentem positionem sit referendum, sicuti Bhag. Git. XVIII, 23; ubi melius seiungitur यत् तत्. — यद्यत् idem fere valet atque यत्तत् sed distribuit et servat naturam pron. relativi; unde plerumque excipitur a pron. demonstrativo तत्तत्; vid. Bhag. Git. III, 21. VI, 26. VII, 21. VIII, 6. X, 41; attamen ponitur etiam absolute; vid. infr. dist. 33. Man. II, 136. तत्तत्, nullo sequente aut antecedente यद्यत् parum differt a यत् किंचित् cf. Bhag. Git. II, 57. et infr. IV, dist. 70.

*Dist.* 23. b. Perperam interpres Hayleyb. कुशीलाशु pro composito accipit, cuiusmodi non datur. कुशल est vocativus, referendus ad पुत्रक. S.

*L.* 20. तत् कथं Haec addidimus ex utroque codice et sic legit W.

Edd. incipiunt ab इदानीं; sed res a rege consilii incerto melius per inter- P. 5.
rogationem effertur, et eiusmodi usum imperativi admittit grammatica Sanscrita, ex. gr. in formulis: किं ददानि ते । किं करवाणि । S.

*Dist.* 24. 25. Quanquam horum distt. neque in codd. neque apud interpp. ullum vestigium appareat, libenter recepimus ex Edd. nobilissimas sententias. In dist. 24. a. particula copulativa otiosa est; nam antecedens compositum eam respuit, nec probabilis foret coniectura aut मैथुनानि legere, aut in bina composita dissolvere aggregativum quadripartitum; vetat enim sequens एतत्. Credendum est, च suo loco positum fuisse in libro, unde desumtum hoc distichon, nimirum ut copula id cum alio similis argumenti praecedente coniungeret; quod semel sit monitum de hac particula ad speciem otiose posita.

*Dist.* 25. c. Ed. Ser. स्तना; minus recte. Nam caprorum propriae P. 6.
sunt verrucae, e collo pendulae, inutiles lacti emulgendo, etsi papillarum speciem prae se ferunt. S.

— 26. यच्चोच्यते । Haec verba versui praemissa arcto vinculo iuncta sunt cum oratione soluta, qua terna distt. proxima excipiuntur, quandoquidem in eis rex opinionem suae contrariam proponit, deinde refutandam. Quod non satis animadverterunt interpp. S.

*Ibid.* c. De neutro plur. एतानि cf. not. ad Bhag. Gît. p. 125. ed. Bonnens. Alia eiusdem constructionis exempla leguntur Man. I, 48. II, 64. 136. III, 101. etc.

— 28. b. Formula चेत् न ita semper est accipienda, ut चेत् ad primam referatur periodi partem, quam conditionalem esse absque negatione, hac ipsa coniunctione declaratur, a न autem incipiat apodosis. Sic in loco nostro et *Vêdânta-Sûrae* p. 15. l. 15. शरीरे पतितेऽशरीरत्वं स्याद् इति चेत् । न ॥ ibid. l. 18. et 25. p. 19. l. 3. Sic etiam in hoc versu, a quo incipit brevis expositio philosophiae Sankhyae: (*Sânkhya-Sûtra* 1.)

दुःखत्रयाभिघाताज्जिज्ञासा तदपघातके हेतौ । दृष्टे सापार्था चेन्नैकान्तात्यन्ततोऽभावात् ॥

In hoc loco vel caesura protasin ab apodosi seiungit. Alia est ratio formulae नो चेत्, de qua suo loco dicetur.

*P.* 6. *l.* 9. कार्याकार्याणां male abest a cod. P.

— 10. Subiunxi e codd. orationi solutae particulam caussalem यतः minime otiosam, quandoquidem sequitur hinc refutatio sententiarum praecedentium alieno nomine prolatarum. S.

P. 6. *Dist.* 29. 30. Desunt haec distt. in codd., prius etiam in interpr. Jonesii et ed. Seram.

— 30. 31. Invertit horum distt. ordinem ed. Ser.

— 32. c. P. यतः पुरुषकारेषु, perperam.

— 34. b. P. दृष्टा तु; male. — Affixum ईय solenne esse videtur in formandis substantivis, quibus appellantur, tanquam nominibus propriis, narrationes in vulgus notae et omnium ore decantatae. Aliud exemplum est श्येनकपोतीय, Ram. II, 12, 40. ed. Schl., tertium addit Wilso e Panchatantro, l. l. p. 173. काकोलूकीय. Propria horum nominum vis est *comparandi*; काकतालीयवत्, quod pro adverbio est accipiendum, est: *veluti* in ista fabula de cornice et palma. Quam rem a *Panine* edocemur. V, 3, 106 समासाच्च तद्विषयात् ॥ इवार्थविषयात् समासाद् इवार्थे छः स्यात् ॥ काकतालीयो देवदत्तस्य वधः । अजाकृपाणीयः । Priori vocabulo dicitur, mortem contigisse Devadattae, sicuti cornici in ista fabula de cornice et palma. Nominis notionem accuratius enarrat *Patanjalis:* द्वाविवार्थौ । काकागमनमिव तालपतनमिव काकतालं । काकतालमिव काकतालीयं । Ceterum vel ex hisce verbis colligi potest, fabulam istam in eo versari, quod cornix palma ex arbore decidente occidatur; cum cuius morte comparatur letum Devadattae a latronibus occisi.

P. 7. *Dist.* 35. 36. desunt in utroque cod. Jonesius tamen ambo expressit, neque aliter W. Ed. Ser. alterum omisit, in priore vitiose गुणै dedit pro गुणे; correxerat iam *Bernstenius.*

— 38. 39. Omittuntur in utroque codice et ab Jonesio; 39 etiam in ed. Ser. quae hoc substituit, ab editore Lond. receptum:

पुस्तकेषु च नाधीतः नाधीतः गुरुसंनिधौ ।
न शोभते सभामध्ये जारगर्भा इव स्त्रियः ॥

»Libris non eruditus, neque eruditus magistri contubernio, non splendet in aula media, sicuti mulieres ex adultero gravidae.« Ed. Ser. habet contra grammaticam in priore versu नाधीतं, in posteriore गर्भः, quum istic nominativus, hic pluralis requiratur: mallem tamen ubique pluralem. Prius mendum tollere aggressus est ed. Lond. sed pro more suo novum peccatum admisit; scribi enim debet utroque loco नाधीता. At hanc sententiam neque codices neque interpretes agnoscunt; conflata videtur e praecedentium imitatione; exit in comparationem nimis claudicantem; missam igitur feci. S.

*Dist.* 39. Cf. Gr. Yatesii p. 331. ubi tribuitur Chânakyae, qui auctor dicitur fuisse libri de rebus prudenter gerendis (नीति). Cf. Wils. l. l. p. 158. Et fuit sane नीतिविक्रमः, si fides habenda est auctori dramatis Mudrâ-Râxasi. P. 7.

*L.* 12. — 15. Castigavimus hunc locum auctoritate librorum Mscptorum, in plerisque egregie eodem conspirantinm. पण्डित l. 12. omisit P. l. 13. idem praebet: पण्डिताश्चाकर्णम मम वचनं श्रूयतां । deinde: एवंभूतः । Pp. ut nos, peccat tantummodo in श्रूयन्तां । Edd. hunc in modum se habent: भो भोः पण्डिताः श्रूयतां मम वचनं अस्ति कश्चित् एवंभूतो विद्वान् यो मम पुत्राणां नित्यमुन्मार्गगामिनामनधिगतशास्त्राणामिदानीं नीतिशास्त्रोपदेशेन पुनर्जन्म कारयितुं समर्थः ॥

Corrigendus est plur. imper. cum nomin. sing. vitiose positus; melius tamen regiae maiestati convenit श्रूयतां absolute positum, et saepe sic usurpatum. विद्वान् glossematis speciem prae se fert, quo quis एवंभूतः accuratius definire voluerit. अनधिगतशास्त्राणां e primo regis sermone huc translatum videtur, sicuti vice versa hinc नित्यमुन्मार्ग° eo migrasse monuimus. इदानीं παρέλκει. कारयितुं समर्थः est scholion margini adscriptum ad declarandam vim futuri करिष्यति, deinde in textum irrepsit. Hisce additamentis omnis concinnitas orationis perierat, iisdem eiectis prodit slocus elegans, ad metri leges probe exactus, quem cod. Pp. etiam interpunctione distinguit. Quod tanto magis placet, quia etiam ceteri interlocutores fabularum argumenta versibus praecipere soleat. S.

*Dist.* 41. अतः praemittit P. mendose. - b. मात्यर्थीगुणी । Ser. minus bene.

— 42. a. ततः Pp. absurde; idem c. यान्ति pro एति; nil refert.

*L.* 20 — 22. Cod. Pp. post शास्त्र omittit तत्त्व. — समुद्भवाः e cod. Pp. — P. संभवाः । edd. संभुताः, corrigi debet संभूताः, uti iam monuerat Bernstenius. Pp. omittit महा ante कुल; nec male; saepe enim कुल simpliciter pro nobilitate ponitur. Porro ed. Lond. राजपुत्राणामत्र.मया; paullo melius ed. S. तन्मया; sed मया arroganter foret additum a Vishnusarmane. नीतिविद्यां e cod. P. edd. नीतिं; Cod. Pp. नीतिशास्त्रं. S.

*Dist.* 43. a. नाद्धयनिहिता Pp. P. 8.

— 44. a. b. Exhibui versum, qualis in utroque codice legitur. Edd. अस्मिंस्तु निर्गुणं गोत्रे नापत्यमुपजायते । quae videtur esse emendatio grammatici cuiusdam, quem hiatus offenderat; intrusit itaque particulam adversativam loco alieno, et negationem inconcinne transposuit. At saepius contra grammaticorum praecepta vocalem अ aut elidendam aut contrahendam

P. 9. tuetur caesura. Vid. Bhag. Git. XI, 54, a. XII, 8, c. infra I, dist. 205. II, 14. 116. IV, 57. S.

*L.* 5. अहं abest ab utroque codice. Deinde P. तव पुत्राणां नीति . . ज्ञानं करिष्यामि । Pp. पुत्रान् नीति . . ज्ञानं करोमि । mendose. *Lin.* 6. Pp. राजा सचिवनयं पुनराह । P. रा° पु° सचिवनयमाह ।

*Dist.* 46. c. सत्संनिकर्षेण Pp. minus eleganter repetito vocabulo.

— 47. Desideratur in utroque cod., sed expresserunt interpretes.

*L.* 13 — 15. Castigavimus haec ope cod. P. quocum in plerisque consentit Pp. nisi quod ante उपचये perperam omittit ज्ञान et otiose मनुना subiicit. Pro ज्ञानोपचये exhibent edd. नीतिशास्त्रोपदेशाय, in quo inest ingrata repetitio; melius praeterea convenit casus septimus quam dativus rei, in qua peragenda auctoritas alicui tribuitur. Pp. प्रणमामि इत्युक्ता corrupte, sed operae pretium erit, corruptelae originem indagare. Interpunctione sublata praecedenti vocabulo adhaeserat vocalis इ, unde particula incipit. Hinc transpositis syllabis मा et णा effictum est verbum, quod sensui non nimis male convenit; sed postulabat illud accusativum भवतः. Nimirum non intellexerat librarius usum ellipticum vocabuli प्रमाण, de quo egi ad Bhag. Git. p. 122. Porro edd. omittunt स राजा et exhibent: बहुमानपुरःसरं पुत्रान्, nullo sensu. Pro पुरस्तात् ponunt codd. अग्रे, quod ad idem redit. S. — De क्रम dicetur ad p. 9. l. 8.

*Dist.* 48. Ante hoc distichon duo alia inserit ed. Lond.

विद्या नाम नरस्य रूपमधिकं विद्यातिगुप्तं धनं ।
विद्या बन्धुरसौ विदेशगमने विद्याक्षयं संबलं ।
विद्या कीर्तिकरी सभावशकरी विद्या परं लोचनं ।
विद्या जीवनहेतुरत्र भुवने विद्याविहीनः पशुः ॥
गङ्गाहीनो हतो देशो विद्याहीनं हतं कुलं ।
अप्रसूता हता नारी हतो यज्ञस्त्वदक्षिणः ॥

„Doctrina profecto summum viri decus; doctrina bene custoditus thesaurus; doctrina comes eadem in peregrinatione; doctrina inexhaustum viaticum. Doctrina laudis et publici assensus est conciliatrix, doctrina clarissimum lumen; doctrina vitae praesidium in hoc mundo; doctrina destitutus homo est pecus."

„Gange carens cassa est regio; doctrina carens cassum genus; sterilis foemina cassa; cassum sacrificium sine largitione." P. 8.

Hos versus nullo alio ex fonte in Ed. Lond. fluxisse, quam e cod. Wilk. inde probabile fit, quod V. cl. eosdem iam antea Anglice expresserat; codd. nostri, ed. Ser., Jonesius denique pariter eos ignorant. Quapropter exulare iussimus sententias nulla fere re praeter vanam verborum pompam notabiles et inepte huc intrusas. Si Vishnusarman hunc in modum exorsus fuisset, iure quaeri poterat: quid dignum proferet tanto promissor hiatu? — Enimvero is sedulo dissimulat magistri supercilium, et nihil aliud adolescentibus pollicetur, quam delectationem e lepidis fabulis percipiendam. S. Prius distichon Bhartriharis est; cf. ed. Ser. p. 57. Laudatur etiam in gramm. Yatesiana p. 330, primo et tertio hemist. omisso, secundo et quarto hunc in modum variato: *b.* . . कंधुतनो . . . . . . . . पदं दैवतं । *d.* . . राजसुपूजिता शुचि धनं . . . . . . . ॥

— 48. c. तु e cod. Pp. pro च; postulatur particula adversativa. विनोद proprie est depulsio curarum (radix नुद् enim dimissionem notat), sed usurpatur plerumque de delectatione, quae libris eleganter scriptis legendis vel audiendis animo percipitur. Sic de fabula audienda Mâl. Mâdh. prolog.: आदिष्टोऽस्मि परिषदा यथा केनचिदपूर्वप्रकरणेन वयं विनोदयितव्या इति ।

*L.* 18 — 20. P. तदप सांप्रतं भवतां etc. Pp. तच्छ्रवतु भवतां etc. quibus additamentis commode carebit textus. — काककूर्ममृगाखूनां Pp. quod e dist. proxime seq. huc migrasse videtur. अथ praemittit P. verbis राजपुत्रैरुक्तं । — आर्य e P., Pp. minus apte देव, qui titulus regum est proprius. Post शृणुत addunt edd. यूयं, otiose. Cod. P. विष्णुशर्मणोक्तं । संप्रति मित्रलाभः श्रूयतां यस्य etc. P. 9.

*Dist.* 1. d. Codd. et ed. Ser. मृगाश्च: quae scriptura per se genuina est, sed minus in hunc locum convenit. Enumerantur enim exempla, quibus comprobetur positio generalis. Quae vis est propria syllabae वत्, adverbia formandi gratia affixae. Cf. Wilk. Gr. §. 1038. Plane similem eius usum vidimus supra; prooem. dist. 34. S.

*L.* 3. In commate secundo edd. सोऽब्रवीत् । Sequimur omnino in hisce formulis, quibus introducitur quaeque narratio, auctoritatem codd. nisi ubi aliud suadeat perspicuitas orationis, cui ab editoribus aeque ac librariis saepius male consulitur; silentio igitur praetermisimus huiuscemodi varietatem scripturae; quod idem valet de fine fabularum, ubi ante repetitum hemistichium primum distichi, quo unicuique fabulae

P. 9. praeluditur, in solenni hac formula: अतोऽहं ब्रवीमि nonnuuquam scriptum invenitur प्रब्रवीमि.

*L.* 4. शाल्मलितरुः P. — -लिः तरुः Pp. quod mendum est in codd. haud raro obvium; sed ne cod. P. scriptura quidem in hunc locum quadrat; postulatur enim compositum. — अगम्य P. utraque forma legitima, neque ullam deprehendere mihi contigit legem, qua inter eas discrimen statui posset. — देशान्तराद् P. mira lectio nec solito sensu hic accipi potest अन्तर, quod nominis more additur et *aliud* valet, qua de re infra; statuenda est potius h. l. alia vocis significatio: *pars interior*; sed vel haec parum convenit et reiicienda potius omnino est lectio.

*L.* 5. रजन्यां e codd. — Edd. रात्रौ, minus ornate. चरमाचल, e cod. P. id. voluit Pp. sed omisit अचल. Edd. अस्ताचल eodem sensu, sed tritum. Praetulit in hac descriptione auctor verba poetica hoc, nisi fallor, consilio, ut sesquipedalia quorundam magniloquorum poetarum verba rideret.

*L.* 6. लघुपतनकनामा. Ed. L. vitiose नाम; hoc vocabulum enim aut componitur cum nomine proprio et secundum personae cuiusque genus inflectitur; aut nomini declinato additur adverbii more: *nomine;* sed posterior ratio, si bene animadverti, ad nominativum est restringenda. प्रबुद्धः सन् codd., quem loquendi usum, quanquam recentiorem, suadentibus libris Mscptis, in seqq. saepius conservavimus, quippe qui haud alienus sit a genere sermonis, quod per totum hunc librum obtinet. — द्वितीयकृतान्तं P. minus bene. आयान्तं e codd. — Edd. चरन्तं quod verbum parum huc convenit; non enim fortuito sylvam *pervagatur* venator, sed certo consilio retia tendendi advenit.

*L.* 7. आलोक्य codd. Discrimen est inter आलोक et अवलोक; prius est necopinato et de repente conspicere, posterius consulto et accurate contemplari; cf. schol. ad Mâl. M. I, 20. cuius discriminis ignari saepissime unum pro altero male ponunt librarii, neque qui hoc ignoret probe intelliget hunc Valmicis versum (Râm. II, 47, 2.) शोकतप्ताश्रुपरिपूर्णा वीक्षमाणास्ततस्ततः । आलोकमपि रामस्य न पश्यन्ति स्म दुःखिताः ॥ आगतं deest in codd., iusto brevius. Post comma तद् e codd. additum.

*L.* 8. आगते किमनिष्टं दर्शयिष्यतीत्यालोच्य तद् etc. in quibus verbis अनिष्टं ineleganter repetitum est, neque placet h. l. आलोच्य, de cuius verbi vi propria alio loco dicam.

*L.* 9. यतः e codd. et ed. Ser.

*L.* 8. तदनुसरणक्रमेण । Illustrabo breviter haec verba, quorum prius P. 9.
a Wilsone omissum, alterum haud satis est explicatum. अनुसरण et अनुसार utrumque indicat actum insequendi, hoc tamen discrimine, ut prius actum in universum designet et notionem infinitivi contineat, posterius de singulo et definito sequendi actu ponatur. Sic infra p. 98, l. 21. p. 99, 2. et Mêgh. Dût. v. 83. अनुसरण; contra Mâl. M. p. 28, l. 1. पादानुसार, Râm. II, 47, 13 मार्गानुसार. In loco infr. p. 68. l. 13. accedit notioni insequendi sensus quaerendi. Aliena vero est a rad. सृ cum praep. अनु composita significatio *obsequendi*, neque in hoc *Vêdânta-Sârae minoris* loco (p. 4. l. 5.) aliud quid significat, quam sequi: जन्ममरणादिसंसारानलसंतप्तो दीप्तशिरा जलराशिमिव उपहारपाणिः श्रोत्रियं ब्रह्मनिष्ठं गुरुमुपसृत्य तमनुसरति ॥ quod ideo moneo, ne quis suspicetur, cadere in hoc verbum, sicuti in alia verba *eundi*, quae praep. अनु praefixam sibi habeant, significationem *parendi*, *observandi* regulam vel praecepta, et si qua alia huic sit similis. तद् ut nemo non videt, est pro तस्य, sc. व्याघ्रस्य. Ad क्रम quod attinet, id nunc non ago, ut omnes vocis significationes eruam, de instrumentali casu क्रमेण tantum hic est sermo. क्रम a rad. क्रम्, incedere, est *incessus*, deinde *ordo*, quo inceditur, *series*; hinc fluxit sensus, quo क्रमेण plerumque ponitur, *consilium*, ex quo oritur quidam ordo quasi actionum; consilium autem si simulatur, est *praetextus*. Prior significatio cernitur in loco nostro, atque infra p. 92, 1. supra p. 8, l. 15. प्रस्तावक्रमेण, praelusionis consilio i. e. praeludii caussa: altera Mâl. M. p. 23, l. 2. Tertius casus ponitur eadem ratione, iuxta quam Sanscrite dicitur गच्छति पथा. Vides igitur vim vocabuli क्रमेण alii voci additi haud multum differre a praepositione *propter*, quem sensum tribuas verbis वचनक्रमेण p. 25, l. 10. necesse est.

*Dist.* 2. a et b. स्थानं utroque hemist. ed. Ser. sensu cassum.

*Lin.* 11. Sic cod. Pp. — Edd. अन्यच्च commate seiungunt a seqq. quod recte fit, quando duobus distichis similis argumenti interponitur; hic autem est ipsius sententiae pars; deinde ante [illegible] inserunt edd. et P. इदं cuius vice elegantius fungitur अन्यत्. Pro विषविषाणि P. praebet विषयैर्विषाणि, quod glossae speciem prae se fert. Idem mox [illegible] । S.

*Dist.* 3. c. . . . . . प्रोक्तानि Pp., sed praeferendus est genitivus pendens a किं.

*Lin.* 14. Pro यथ P. अनन्तरं, Pp. अग्रे च. Post व्याघ्रेण in cod. P. additur: सरःपङ्कमध्ये. Post विस्तीर्णं ed. Ser. inserit कृत्वा, perperam.

P. 9. — 15. Verba स स्थितः male in utroque cod. desiderantur. Pro तस्मिन् ed. Ser. अस्मिन्. P. अस्मिन्नेव प्रस्तावे.

P. 10. *P.* 10. *l.* 1. Codd. सर्पन् — l. 2. आलुब्धान् Pp. quod inusitatum certe est atque haud scio, an omnino dici possit. कथा omisit P. qui mox mutato ordine: कपोतान् आह कपोतराजः ।

*Lin.* 3. तावन्न e codd. - Edd. negationem collocant ante verbum; falso: hoc enim foret: faustum hoc non conspicio; nostrum: video hoc non esse faustum. Pp. भद्रकं. P. omittit इदं.

*Lin.* 4. Pp. आलोभेन, sed vid. supr. l. 2. Idem omittit तथा.

— 5. Versui praemittunt codd. यतः, qua particula adiecta dirimitur nexus, qui inter orationem solutam et versus intercedit. Constructio est, si simul ellipsin explemus: तत्रास्माभिर्भवितव्यं यथा (कथमत्) पथिकः — मानः — संप्राप्तः — मृतः ॥

*Dist.* 4. b. पङ्कसुदुस्तरे, quod durius est. — d. संमृतो edd. Pessime.

*Lin.* 8. अपश्यन् Pp. vitiose. Ne in अपश्यं quis haereat, monendum est, पश् saepius talem in modum poni, ut non sit *conspicere*, sed *interesse rei, praesentem esse*; quod potissimum cadit in participium praes. huius verbi, genitivo vel locativo consequentiae, ut dicunt, posito. Sic Râm. I, LIV, 18. विश्वामित्रस्य पश्यतः ॥

*Ibid.* एको om. P. et recte quidem. Alienus est enim a puriore sermone Sanscrito hic usus nominis numeralis एक, quum eodem sensu ponitur, atque in nostris linguis articulus quem vocamus indefinitum: obtinet contra in hodierno Bengalorum sermone, forsitan etiam in aliis cognatis dialectis; unde haud semel in libros Sanscrite quidem, sed seriore aevo conscriptos, irrepsit. Vid. cl. Haughtonis Beng. Gram. §. 61. p. 15. Sed servanda fuit a nobis hoc loco, sicuti in aliis quibusdam, scriptura, quam et codices tuentur et totum dicendi genus, ad quod pertinet fabularum liber.

*Lin.* 9. पान्था Pp. quae scriptura valde mihi arridet; alloquitur enim h. l. tigris non certum quendam viatorem, sed in universum omnes, qui forte transirent. Ibid. ममेदं P. Verba inde a तद्वचनं usque ad भाले ex P. recepimus; optime enim illustrant narrationem.

*Lin.* 10. P. ततो लोभाकृष्टेन चेतसा केनचित् पान्थेनावलोकितं आह च । in quibus verbis nec placent duo casus tertii ineleganter sibi appositi, neque huc quadrat अवलोकितं । आह minus bene positum est propter constructionem

mutatam et nullo prorsus orationis damno omitti potest; quae enim sequuntur secum volvit viator. Post एतत् Pp. addit अपि. P. 10.

*Lin.* 11. P. संभवतीति किंत्वस्मिन्नर्थे संदेहप्रवृत्तिर्न विधिः । quocum consentit Pp. nisi quod इति omittit et सर्वसंदेहे praebet. In quibus इति prorsus est otiosum, सर्वे vitiosum. सर्वसंदेहे et विधिः ferri possuut; nostra tamen lectio simplicior est, ideoque praeferenda.

*Dist.* 5. b. मतिः P. pro गतिः mendose. Ibid. c. प्रकाशे edd. quod e scriptura Bengalica male lecta ortum esse videtur. De dativo कृपणे supra dictum est ad dist. 6. prooem. यत्र idem est ac यस्मिन् et referendum ad अमृतं; particula enim haec et aliae huic similes saepissime usurpantur pro casibus pronominum, a quibus derivatae sunt; qua de re si dubites, cf. hosce locos: तत्र pro तस्मिन् Bhag. Gît. VIII, 18. XVIII, 4. 16. ततः pro तस्मात् Bhag. Gît. II, 56. VI, 22. अत्र pro अस्मिन् infra 12, 10.

*Lin.* 14. Edd. प्रवृत्तिः inserunt aute संदेहः; sic etiam Pp. sed componit hoc vocabulum cum antecedd. legendo: वर्जन — P. अर्थोपार्जनादौ संदेह एव; igitur omittit प्रवृत्तिः, recte; nam ex praecedd. irrepsit; ceteris varr. lectt. nil frugis affertur textui.

*Dist.* 6. c. पुनः h. l. ut saepius non *iterum* valet, sed *altera ex parte, contra;* quam vim etiam servat in particula composita किंपुनः.

*Lin.* 17. Pp. निरूप्यतां. — Ed. Ser. निरुप्यामि, qualia menda plerumque silentio praetermitto, interdum designo, nt iudicent lectores, qua incuria instituta sit ista editio, et discant tirones, quam diffidenter utendum sit talibus editionibns; nam mendum istud prae se fert speciem verbi वप praefixis praepp. निर् et उप.

प्रकाशं vocabulum est solenne rei scenicae et hunc in modum definitur in *apophthegmatis* Bharatae, fabularum, ut fertur, apud Indos inventoris: यत् तु सर्वजनश्राव्यं प्रकाशं तदिहोच्यते । oppositum est स्वगतं, quod ab eodem hisce verbis explicatur: यत् तु श्राव्यं न सर्वस्य स्वगतं तदिहोच्यते । *Ibid.* ते सुवर्णकंकणं P.

*Lin.* 18. मारात्मके omittit P. male.

*Lin.* 19 — 21. Verba inde a शृणु usque ad इदानीं desunt in utroque cod. — 19. दुर्वृत्तोऽहं । ex coniectura; edd. दुर्वृत्तोऽस्मि । quod prorsus est absurdum. — 20. pro केनचिद् Ed. Lond. केन, inepte. धार्मिकेन addit Ed. Ser. quod recte scribendum erat per ध; sed abundat.

*Lin.* 21. बहमपि Pp. sed otiosa est h. l. particula.

P. 10. *Lin.* 22. दाता च, omisso वृद्धः Pp. — गलितनखदन्ताहसनयनः P. ridicule. — कथं न e codd., edd. न कथं, quae positio dura est, immo h. l. vitiosa.

P. 11. *Dist.* 7. d. धर्मस्य, e coniect. quam deinde confirmavit Pp. Ceteri धर्मज्ञ. — 8. a. पूर्वं, Pp., idem mox: दुर्भार्योऽपि हि, quod vix ferri potest, et particula हि est supervacua.

— — d. न महत्स्वपि . . . . Pp. महात्मसु च तिष्ठति P. Prius absurde, posterius eundem sensum ac nostra lectio praebet, sed male dictum est; च enim post तु prorsus abundat et एव unice huc convenit, cuius particulae praecipuus est usus, ut insignius reddat vocabulum, cui additur, atque significet, in quanam voce totus orationis quasi cardo sit positus. Cuius usus exempla permulta in quolibet libro peritiores deprehendent.

*Lin.* 5 — 7. स्व om. P. गतं pro स्वं Pp. Facile est observatu, peculiari quadam vi positum h. l. esse pron. relativum येन, quod non simpliciter valeat: *propter quam* (cupiditatis absentiam), sed *ita ut propter eam;* continetur enim consecutionis notio vocabulo praecedente एतावान्. Eandem vim in relativam vocem exercet एतादृश vid. infr. p. 19, l. 3. ubi यत् 'fit coniunctio finalis. Neque aliter se habet pron. relat. in hac Ciceronis sententia: *talem* te esse oportet, *qui* ab impiorum civium societate te seiungas. Quae quum ita sunt, miror BOPPIUM, Vir. clar. in eum induci semetipsum passum esse errorem, ut contendat, nil omnino discriminis interesse inter potestatem vocabb. तद् et एतावत्. Vid. quae disputata sunt ad librum *Arjunas Reise* p. 110. At sententiam eius neque stabilient interpretationes locorum Sanscritorum vernaculae; nam male reddantur necesse est quae male sunt intellecta; neque auctoritas WILKINSII, quem innocuum erroris sui participem facere studet Boppius. Levissima nimirum res est, quae professori Berolinensi fraudem fecit. W. definierat एतावत्: *this or thus much, many.* (Gr. §. 909.) quo nil verius esse potest; Anglica vero verba Boppius mutavit in *this, thus, much, many,* negans duas ultimas a W. positas significationes usquam se invenire meminisse. Ipse, credo, negabit Wilkinsius, qui unam tantum posuit vocabuli एतावत् potestatem: *this much* sive *thus much*, si singularis est; sin pluralis, *thus many.* Si id dicere voluisset, quod dicere eum opinatus est Boppius, omisisset partic. disiunct. *or* et commate *this* a *thus* seiunxisset. A तावत्, unde fluxit, eadem ratione differt एतावत्, qua τοσοῦτος a τόσος: तावत् tantum correlativa est vox; praefixa diphthongo

ए, additur correlationi notio demonstrationis. Ad तावत् aut appositum P. 11.
est यावत् aut cogitatione supplendum; ad एतावत् non facile apponitur, quia एतावत् refertur ad rem in conspectu positam et nulla ampliore definitione egentem, aut ad rem non comparatione cum alia, sed ex sui ipsius accidentibus metiendam. Quoties sermoni cuiusdam additur एतावदुक्त्वा, hoc valet: *tantum* dictum esse, *quantum* praecedente sermone contineatur; quod quantum differat a तद् mirum est dicere. Exempla huius vocis sunt infr. p. 24, l. 11. II, dist. 21. p. 60, l. 10. p. 71, l. 17. p. 98, l. 14. Alia alii libri praebent, quae omnia hic afferre non opus erit; unum addam, ex quo solo attente legens vim vocabuli perspiciet: अहमेवासमेवाग्रे नान्यत् यत् सदसत् परं । पश्चादहं यदेतच्च योऽवशिष्येत सोऽस्म्यहं ॥ ऋतेऽर्थं यत् प्रतीयेत न प्रतीयेत चात्मनि । तद्विद्यादात्मनो मायां यथा भासो यथा तमः ॥ यथा महान्ति भूतानि भूतेषूच्चावचेष्वनु । प्रविष्टान्यप्रविष्टानि तथा तेषु न तेष्वहं ॥ एतावदेव जिज्ञास्यं तत्त्वजिज्ञासुनात्मनः । अन्वयव्यतिरेकाभ्यां यत् स्यात् सर्वत्र सर्वदा ॥ Verba a Jonesio ex Sri-Bhagavato excitata sunt As. Res. T. 1. p. 33. ed. Lond. Ut uno verbo dicam: aequalitas duarum rerum vocibus यावत् et तावत्, unius rei eum se ipsa aut cum attributis suis declaratur vocabulo एतावत्. Lass. — Operae pretium erat accuratius haec excutere, quam adhuc factum est, quoniam vocabulum एतावत् desideratur in Wilsonis lexico, utpote praetermissum in glossariis Indicis. Proxime huic cognata vocabula Amarasinhas luculenter et breviter, ut solet, definit: यावत् तावच्च साकल्येऽवधौ मानेऽवधारणे । „Exprimunt, inquit, totum, terminum, quantitatem, affirmationem." Affirmandi usus in voce तावत्, ut sit *sane, certe*, minus vulgatus est. Habemus tamen eius exempla. Hitôp. pag. 15, lin. 18. — A तावत् formatur एतावत् sicuti एतत् a तत्, eadem plane ratione, eodemque sensus discrimine. Utrumque δεικτικῶς usurpatur. Trium priorum significationum quas Amarasinhas vocabulo तावत् tribuit, vox inde deflexa quodammodo est particeps. In एतावदुक्त्वा aliisque eiusmodi locutionibus indicat *terminum*, quo progressus est sermo, ac reddi debet per *hactenus*. Quando simpliciter ponitur sine pronomine relativo, saepe habet emphasin et vim quandam peculiarem. Sic Hitop. p. 27. l. 18, 19: „Quomodo fieri potest, ut mus iste, animal imbecillum, *tam longe* prosiliat?" Invicem sibi respondentia vocabula तावत् — यावत्, secundum varias significationes, quas assumunt, Latine redduntur per *tantus — quantus, tamdiu — quamdiu*, et in plurali numero per *tot — quot*. Quando एतावत् a pronomine यत् excipitur, similiter eius vice fungitur *tantus*, sequente

P. 11. *qui* cum coniunctivo verbi. Ex. gr. in loco de quo nunc agitur: „ *Tanta* est abstinentia mea ab omni lucro, *qua* commotus *cupiam* dare armillam etc." Errorem suum vix credibilem nondum agnovisse videturBoppius, quandoquidem in altera *Nali* editione, Cap. IV, sl. 31 pertinaciter *hoc* pro *hactenus* retinuit. — एतावता कृतान्तसमावृतः कश्चिन्मूर्खः पण्डितमानी मुह्यति येन स तद्देशावत्योर्विशेषः कोऽपि नास्तीत्याह । SCHL.

*Lin.* 6. किंतु omittunt edd., male; servit enim haec particula adversativa corrigendis et restringendis eis, quae iam dicta sunt et iungitur cum तथापि, sicuti Latini dicunt: *tamen nihilominus.* P. inserit हि ante दुर्निवारः male.

*Dist.* 9. c. धर्मे P. vitiose. प्रमाणयति, *proponit tanquam exemplar*, verbum est nominale a प्रमाण derivatum, qualia permulta a poetis, praesertim serioribus, formantur. Quae occurrunt in Hitopadesa exempla, haec sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| I, | dist. | 63. | द्रुमायते, arborescit, arboris loco habetur, a द्रुम, arbor. |
| I, | » | 74. | कृष्णायते, nigrum reddit, a कृष्ण, niger. |
| I, | » | 90. | सुखयति, delectat, a सुख, voluptas. |
| II, | » | 25. | दुःखीयति, dolore afficit, a दुःखिन्, dolore affectus. |
| II, | » | 91. | श्रमणायते, pauperatur, anachoretae instar, a श्रमण, anachoreta. |
| II, | » | 96. | राजायते, regem agit, a राजन्, rex. |
| III, | » | 56. | गोमयायते, fimum bubulum sapit, a गोमय, fimus bubulus. |
| III, | » | 134. | सिंहायते, leonis virtutem aemulatur, a सिंह, leo. |
| IV, | » | 53. | दोलायते, oscillat, a दोला, oscillum. |

Frequentior est omnino, quam nonnulli V.V. D.D. opinati sunt, horum verborum usus apud recentiores Indicos poetas, in primis apud comicos, qui maximae in eis formandis licentiae indulgent, unde probabile fit, vel frequentiorem eorum fuisse usum in quotidiana familiaris sermonis consuetudine. Comicorum audaciam uno exemplo demonstret *Dhúrtasamágamae* auctor (prooem. dist. 5.): कर्पूरन्ति सुधाद्रवन्ति कमलाहासन्ति हंसन्ति च । प्रालेयन्ति हिमालयन्ति कर्कासारन्ति हारन्ति च । त्रैलोक्याङ्गनकुण्डलाङ्गिकालिप्रागल्भ्यसंभाविताः । शीतांशोः किरणाङ्कुरा इव नयन्त्येतर्हि तत्कीर्तयः ॥ Omnem quam congessi exemplorum nubem huc afferre supersedeo; sufficiant haec ex uno tantum libro, *Bhartriharis distichis*, temere collecta: p. 30. l. 3. विषायते । p. 33. l. 8. कान्तायते । p. 41. lin. 4. infr. कदर्थयसि । p. 53. l. 5. infr. वैरायते । p. 56. l. 6. inf.

कूपायते । स्वल्पशिलायते । कुरङ्गायते । माल्यगुणायते । पीयूषवर्षायते । p. 64. l. 5. infr. शिरिषि- P. 11.
लायते । तडागायते । p. 94. l. 2. अमित्रायते ।

*Lin.* 10. मया च ed. Ser. et Pp. — यथा शृणु P.

*Dist.* 10. Inserit ante hos versus Ed. Lond. aliud distichon, quod solus Wilkinsius agnoscit, sed alio loco, ante dist. 12, exhibet:

मरुस्थल्यां यथा वृष्टिः क्षुधार्त्ते भोजनं तथा ।
दरिद्रे दीयते दानं सफलं पाण्डुनन्दन ॥

Ed. L. vitiose praebet स्थल्यं; *Bernstenius* iam coniecerat स्थल्ये; sed veram emendationem indicavit Bibliotheca Indica II, p. 43. Vix probum est vocabulum मरुस्थल्य; et probabilius est vocalem आ culpa typothetae omissam esse, quam mutatum esse ए in *Anusvaram*. Desumti sunt hi versus sicuti seq. dist. 13. haud dubie e libro quodam Bharateae.

— 10. c. Pro सर्वत्र Ed. L. भूतेषु, S. भूतानां । prior lectio e codice Wilkinsiano fluxisse videtur; utraque autem posthabenda est nostrae, quae idem valet ac सर्वेषु भूतेषु । Verba hemistichii tertii ipsissima leguntur Bhag. Gît. VI, 32.

— 12. b. द्रवेषु Ed. S. vitiose. Omisit dist. Pp.

*Lin.* 17. धनीव S. धनि et mox तत् omittit Pp. — P. दुर्गतदरिद्रस्यं तेनाहं दातुं समागतः । Aggregativum (*dvandva*) a quo incipiunt haec verba, ferri potest, sed inusitatius est in simplici prosa oratione.

*Dist.* 13. d. S. praebet नीरुजस्य quod alienum est ab hoc loco. Cf. *Wils.* s. h. v. In fine Pp. औषधं । vitiose; constructio enim haec postulat genitivum personae, cui opus sit re quadam, et instrumentalem rei, qua sit opus. Cf. Bhag. Gît. I, 32. Subintelligitur कर्तव्यं vel कार्यं; vid. ex. gr. Râm. ed. Ser. II, XII, 26. (Tom. II, p. 209.) Interdum etiam अर्थः, ex. gr. Bhartrih. p. 57, l. 2.

— 14. d. Pro स्मृतं ed. Ser. et P. विदुः । per se nil refert, sed tuetur prius liber, unde desumtum est distichon, Bhag. Gît. XVII, 20.

*Lin.* 1. अत्र om. P. अस्ति e Pp. असौ पान्थः स्नातुं लोभाकृष्टेन चेतसा सरः प्रविष्टं तावत् etc. P. 12.
P. in quibus पान्थः otiosum est, लोभाकृष्टेन चेतसा e margine invecta, ubi verba supra (p. 10, l. 10) obvia adscripta fuerant; सर mendum vix annotatione dignum pro सरः, प्रविष्टं autem vitiosum pro — विशस्तावत् etc. — लोभात् abest a Pp. — Pro सरसि ed. Ser. सरः, quam scripturam Bernstenius ad hunc

P. 12. locum nequaquam spernendam esse arbitratur, in qua observatione accuratiorem constructionis Sanscritae (de prosa oratione loquor) cognitionem desidero. प्रविश cum accusativo quidem construitur, verum si hoc loco hanc iuncturam praeferendam censemus, transponenda sunt verba, ita ut सरः nullo vocabulo interiecto a प्रविशति excipiatur; quod re vera facit Pp. In nostra lectione pendet सरसि a स्नातुं.

*Lin.* 4. घटे ex ed. Ser., in ceteris conspirant edd. ex quibus hunc locum exhibuimus. Codd. brevius: - अजमः पंके निमग्नोऽसि त्वां पंकादुत्थापयामीत्युक्त्वा ततः शनैः शनैरागत्य व्याघ्रेण धृतोऽचिंतयत् । P. - अजमः शनैः शनैरुपगम्य तेन व्याघ्रेण धृतो Pp. etc. in quihus quae displiceant, haud egent mea expositione.

*Dist.* 15. c. अतिरिच्यते. De significatu huius verbi disputatnm est in Bibl. Indic. II, p. 234. Locis ibi laudatis addi potest Ram. I, XVI, 14. Verbi huius cum अति compositi notio in universum est *praevalere*, quod in malam etiam partem nonnunquam accipitur; uti Bhag. Git. II, 34. et Bhartrihar. p. 37. ed. Ser. Constructio duplex est; aut cum ablativo rei, cui quid anteponatur; quod inde explicandum est, quod in hoc verbo lateat notio comparativi, qui ablativum requirit; aut cum accusativo, cuius rei in caussa esse videtur praepositio अति, cum qua composita pleraque verba eundem casum regunt. Activam et mediam huius verbi formam nullis in locis me legere memini. Primariam radicis vim *disiungere, miscere* esse statuunt grammatici; *purgandi* notionem ad septimam coniugationem restringunt; addit Rosenius *coniungere;* sed hoc suo periculo fecit, minus recte interpretatus संपर्कवियोगयोः (नियोग ap. Rosenium peccatum est operarum). Hae tamen significationes parum accommodatae videntur ad hosce Calidasi locos: (Urvasi - Vicrama Act. I, fol. 6. recto cod. Paris.) आविर्भूते शशिनि तमसा रिच्यमानेव रात्रिः । Mégh. Dût. 21. रिक्तः सर्वो भवति हि लघुः पूर्णतागौरवाय । Quos locos eo consilio laudavi, ut habeat Rosenius meus denuo radd. Sanscrit. illustraturus momenta quaedam ad hanc radicem accuratius definiendam. Nil omnino in linguis difficilius est, quam primariam cuiusque verbi vim ita definire, ut inde perspiciatur, quomodo ab illa, veluti a capite, omnes ceterae significationes sint derivatae.

*Dist.* 16. b. हस्तिनीनामिव क्रिया Pp.; quae verba quid h. l. sibi velint, haud assequor; idem mox प्राय, inepte.

*Ibid.* d. स्नानं भावक्रियां विना P. quae verba re vera a nostra scriptura haud sunt diversa; omissum enim est geminum punctum in fine voca-

buli भाव, ut fit in codd. Indicis saepissime; litterae autem व et र in scriptura Bengalica facillime confunduntur. P. 12.

*Lin.* 10. तन्न मया भक्षं etc. Pp. तन्मया न भक्षं P.

*Dist.* 17. Omittunt hos versus h. l. codd., neque aliter interpp.; omnes tamen eos agnoscunt, sed aliis in locis. Mutatio casuum, quae in hoc disticho comparet, ab omni suspicione immunis esse debet, quippe quae minime sit inaudita.

Excipitur distichon 18. in utraque editione ab hisce versibus, utrique interpreti pariter ignotis:

स हि गगणविहारी कल्मषध्वंसकारी ।
दशशतकरधारी ज्योतिषां मध्यचारी ।
विधुरपि विधियोगाद्ग्रस्यते राहुणासौ ।
लिखितमपि ललाटे प्रोज्झितुं कः समर्थः ॥

Versus ab hoc loco alieni. neque enim de dura fati necessitate sermo fit, sed de ingenio unicuique animalium innato atque indelebili; cuius rei oblitum sese conqueritur viator, quum in falso et feroci animali fiduciam poneret. Ultimus versus ad notas, membris natura impressas, ex quibus hominis fortuna praedici posse credebatur, referendus esse videtur; लक्षणानि vocant Indi; quae indicia quum in manibus investigentur, Chiromantiam constituunt; *metopomantiam* etiam agnoverunt Indi.

*Lin.* 15. इति चिन्तयित्वैवासौ P. sed praesens multo praestantius. — l. 16. pro अथ edd. अतः, quod retinere debebamus. कर्म omittit P. male. In fine addunt edd. इति, quae particula innumeris paene locis inscite a librariis intruditur.

*Dist.* 19. d. -काले न च P.

*Lin.* 20. वचनं abest a codd. — P. mox: सर्पः कश्चिदाह, male omisso: कपोतः Pp. सर्पः कपोतः कश्चिदुवाच । ad idem redit.

*Dist.* 20. a. वृद्धस्य edd. — b. हि tuentur libri omnes, quanquam manifestum est, hiatus vitandi gratia insertam esse particulam hic otiosam. c. et d. ex Pp. quocum P. consentit, nisi quod भोजने न च मैथुने scribit. Edd. in ceteris ut Pp., sed pro एषां praebent एवं, quod iungendum foret cum विचारेण, « hunc in modum deliberando; » एषां, ut nemo non videt, ad वृद्धानां referendum est: deliberatio, qualem senes instituere so-

P. 12. lent. Scriptura P. difficilior est explicatu; in constructione haereo; nam unde pendet instrumentalis iste, si omittatur अपवर्तनं? Exposui supra (ad dist. 13.) constructionem, qua ex. gr. dicitur किं मम तेन, quid opus mihi hac re? quae constructio si omissa interrogatione (ignoro enim) legitima esset, penderet विचारेण a कार्यं subintellecto et hic evaderet sensus: in esu et venere haud opus (nil proficitur) deliberatione, qualem in omnibus rebus instituunt isti (senes).

P. 13. *Dist.* 21. c. निवृत्तिः codd. — d. कुतो न वा । Pp. Utrumque, nisi fallor, reiiciendum.

— 22. a. ईर्ष्यी edd. et P. Exquisitiorem lectionem debemus Pp. — Omnes deinde त्वसंतुष्टः, sed particula तु h. l. prorsus intoleranda. — d. P. . . . नित्यदुःखिताः ॥

*Lin.* 5. एतत् श्रुत्वा Pp. quam scripturam nullo alio consilio enotavi, quam ut observarem, haud infrequenter in libris Mscptis negligi regulam mutationis incommodam sane et ad nostrum sensum auribus ingratam, cui tamen obtemperare necesse est, Panine auctore. Lect. VIII, 4. §. 40.

*Dist.* 23. a. पुनरन्ति Pp. — — d. P. क्लिश्यन्ते ये हि लोभिताः; minime spernenda lectio; ये हि, quippe qui. De धृ class. 10. cf. Rosen s. v.

*Dist.* 24 deest in codd., interpretati sunt Jonesius et Wilkins. — Sola deinde ed. Lond. inserit hosce versus:

अन्यच्च । असंभवं हेममृगस्य जन्म तथापि रामो लुलुभे मृगाय ।
प्रायः समापन्नविपत्तिकाले धियोऽपि पुंसां मलिना भवन्ति ॥

„Haud probabilis est dorcadis aureae generatio: nihilominus talem dorcadem appetivit Râmas; appropinquante adversae fortunae tempore saepius mentes virorum contaminantur."

Interpretatus est W. sed male intellexit vocabulum मृगाय, quod per venationem reddidit, quasi scriptum fuisset मृगया, quod respuit metrum atque grammatica. Spectant versus ad narrationem de raptu Sitae, in tertio Rameïdos libro obviam; quae quodammodo in proverbium abiit, ut dicatur de conatu irrito, venari dorcadem auream. Alludit eo in fabularum collectione *Vetâla-Panchavins'ati* dicta, ignotus poeta, cuius verba miserrime foedaverunt librarii. Propter similitudinem argumenti apponam tamen quae intellectu sunt facilia: रामो हेममृगं न वेत्ति . . प्रायः सत्पुरुषो विनाशसमये बुद्ध्या परित्यज्यते ॥

*Lin.* 10. कपोताः ante सर्वे add. Pp. — निबद्धाः Ser. — बभूवुः in fine comma- P. 13.
tis addunt edd. quod omisimus, auctoritate codicum, inter quos Pp. praebet सूत्रजालेन, quod legisse videtur Jonesius, vertens: *in the meshes of the net*, sed hoc potius foret: जालसूत्रेषु । P. सूत्रसंचारितजालेन; quae verba ab alio loco (p. 65. l. 13.) mutuata esse videntur. ततो omittunt codd. — Pro अवलंबिताः P. उपविष्टाः, quod repetitum est ex linea 5. — Pp. विलम्बिताः, male; hoc enim est *cunctati;* L. अवलम्बिताः, quod retinuit Bernstenius; mendose. mox सर्वे omittit P.

*Dist.* 25. c. कार्ये P., quod ferri potest.

Subiungunt deinde edd. hunc slocum, a neutro interprete expressum:

तथा चोक्तं । आपदां कथितः पन्था इन्द्रियाणामसंयमः ।
तज्जयः संपदां मार्गो येनेष्टं तेन गम्यतां ॥

„Impotentia sensuum calamitatum dicitur trames; eorundem coercitio via est felicitatum. Qua desiderabile sit, eam sequere."

*Dist.* 27. b. आपदुद्धरणे क्षमः P. उद्धारण Pp. sed nomini a forma causativa derivato hic nullus est locus.

— c. Pp.: न तु भीतपरित्राणा । — Paulo obscurior est alter distichi versus propter ambiguitatem verborum. Nam भीत pro adiectivo positum, est *pavidus*, pro substantivo generis neutrius, istud ipsum, quod timetur; पण्डित tum virum doctum, sapientem significat, tum sollertem: quo sensu in malam partem accipi potest, de incpta ingenii affectatione et importuna sedulitate; उपालम्भ, aut *cunctatio* est, aut *vituperatio.* Quomodo intelligendum sit utrumque vocabulum, docet nos totius narrationis tenor. Palumbes socium obiurgant, cuius consilio freti in rete inciderant. Rex eorum, nil attinet, inquit, huius culpam coarguere; cogitandum est potius, quomodo hinc nos extricemus. Emendatione omnino eget versus. Sufficeret mihi lectio cod. Pp. ad sensum legitimum eliciendum, si वस्तु de personis, sive de animantibus, quales sunt fabularum personae, dici posset. Sed desunt exempla. Cf. infra p. 14, l. 4, et p. 53, l. 22. Si pro वस्तु substituas बन्धु, ceteris haud mutatis: न तु भीतपरित्राणबन्धूपालम्भपण्डितः । evadet sententia satis ad rem accommodata: „Is demum verus est socius, qui malo oppressos extrahere e calamitate valet; non autem is, qui sollers est in obiurgandis sociis, tempore periculi avertendi praetermisso laborantibus." — Si vocabula prioris hemistichii

P. 13. septimo casu absoluto separatim ponantur, substitui poterit हेतु. Cf. dist. proxime praecedens, b. — Tentabam quoque, insistens vestigiis lectionis vulgatae: न तु भीतः परित्राणे वस्तूपालम्भपण्डितः । Displicet repetita particula तु, sed quodammodo defendi potest, quoniam ad diversa refertur: „non *vero* is, qui pavidus in auxilio ferendo, *contra* sollers est in vituperando. S.

*Lin.* 19. एव om. P. — Pp. विपत्कालविस्मयमेतत् कापुरुषस्य लक्षणं । vitiose; pervertitur enim omnino loci sensus, et subiectum positionis विस्मय in praedicatum mutatur; neque dicere vult auctor, ignavi hominis esse admirari de adverso tempore, sed eius esse obstupefieri, instante tempore adverso.

*Dist.* 28. Auctor distichi est Bhartrihares; cf. ed. Ser. p. 43. Inserunt deinde edd. hosce versus:

संपदि यस्य न हर्षो विपदि विषादो [न] रणे च धीरत्वं ।
तं भुवनत्रयतिलकं जनयति जननी सुतं विरलं ॥

न metrum foedat, et expungi debet; quod haud animadvertisse editorem Londin. miror, vel potius non miror; nam supra eius ingenium tales sunt quisquiliae: विरलं, adverb. *raro*, oppositum est अविरलं, i. e. continuo, nullo interiecto tempore. Eadem significatio est adiectivis विरल et अविरल. Vid. Bhartrih. p. 35. Mâl. Mâdh. p. 18. Vêtâl. Panchav. III, 3.

P. 14. *Dist.* 29. a. पुरुषेणेव P. minus bene.

*Lin.* 3. ज्ञातमिदमपाक्रियतां Pp. cetera bene se habent, sed haud scio an dici possit अपाकरोति, in quo verbo praepositioni आ locus non esse videtur. Voluit fortasse अपाक्रियतां

*Dist.* 30 et 31. Ordinem horum distichorum invertunt P. et W., 31 omittit Pp. In ultimo hemistichio 30 Pp. हस्तिनः । — Edd. et W. मत्तदन्तिनः, omissis ऽपि हि; sed nostra scriptura praestantior.

— 31. c. d. P. . . . . परित्यक्तस्तपङ्को न प्ररोहति ॥

*Lin.* 8. विचिन्त्य edd. स om. Pp. —

— 9. सुहृदाम् om. P. — अप om. Pp. — तौच, male P. haud enim habet istud च, quo referatur. धावितो Pp. et S. minus bene; inter currendum enim cogitat, non postquam cucurrerat.

*Dist.* 32. a. हन्यते Pp. — c. निपतिष्यन्ते id. vitiose. — तु in primo hemistichio omnium librorum consensu gaudet, quanquam certissimum sit, huic particulae heic nullum esse locum; neque ad praecedens quod-

dam distichon, quocum coniunctum fuerit slocus noster, referri potest; patet enim his versibus nullum alium esse auctorem, quam ipsi Hitopadesae; cuius rei exempla haud pauca exstant. Certam emendationem in promptu non habeo; quod quibusdam mirum fortasse videbitur, neque habeo tamen. P. 14.

Post hoc distichon solus Pp. hunc in modum pergit: इति विचिन्त्य पश्चाद्‌दति (sic; lege: पश्चाद्धावति) वेगेन । धावन्तं व्याधमवलोक्य चित्रग्रीवोऽवदत् । इदानीमेतस्य चक्षुर्विषयमतिक्रम्य सुदूरगुरुड्डीयतां सर्वैः । ततश्चक्षुर्विषयातिक्रान्तेषु etc. quae per se minime mala sunt; sed repetitione eorundem verborum laborant et brevitati studet noster. — l. 12. स व्याधो edd. — अथ mox deest in Pp.

*Lin.* 13. निवृत्त repetunt edd. Pro दृष्ट्वा codd. अवलोक्य — कर्तुमुचितं edd.

*Lin.* 16. तदस्मिन्नरण्ये अस्मन्मित्रं . . . — राज्ञो प्रतिवसति P. omisso fluminis aeque ac sylvae nomine; nos secuti sumus Pp. quocum consentiunt edd. nisi quod अस्माकं scribunt; retinuimus tamen cum edd. et P. मूषिकराजः pro मूषिकः — गण्डिकी mendum est Londinense.

— 17. दन्तबलेन यो etc. L. idem vocabulum in suo exemplari legit W. magis accommodato loco sine dubio positum. — ते सर्वे P.

— 18. तत्र e codd. ग्रामं द्वारं P. vitiose. Post verbum निवसति inserunt W. et L. hunc slocum:

अनागतभयं दृष्ट्वा नीतिशास्त्रविशारदः ।
अवसन्मूषिकस्तत्र वृद्धः शतमुखं बिलं ॥

qui versus nil habent quo se magnopere commendent, et sine ullo narrationis damno omittentur. Desumti sunt fortasse e narrationum collectione, cui inscribitur *Vrihatkathâ*, cuiusque auctor Somadevas in versus redegit plures Panchatantri fabulas. Cf. Wilsonem l. l. p. 160.

— 19. हिरण्यकः om. codd. Mox. भयेन चकितं P. — -पातो भयाच्चकितः S. Utrumque mendosum.

— 20. कथं pro किं edd. ततो om. codd. Mox P. तत्पुनमाकर्ण्य परित्राय, quod ferri possit, mode correxeris स्वरं; articulata enim voce usus est Chitragrivas; sed praestat omnino प्रत्यभिज्ञाय; cuius verbi vis colligi potest ex Râm. I, 1, 72. legitur praeterea in scholl. ad Kâthaka Upan. p. 19.: haud enotavit Rosenius. Dixerat (l. 16.) Chitragrivas, se iam antea familiaritate Hiranyaci usum fuisse.

P. 14. *Lin.* 22. समायातः om. Pp.; P. समागत्य मिलितः । Deinde (post समायातः) edd. et W. praebent sequens distichon:

यस्य मित्रेण संभाषो यस्य मित्रेण संस्थितिः ।
यस्य मित्रेण संलापस्ततो नास्तीह पुण्यवान् ॥

Adscripti fuerant versus ad vocem पुण्यवान् in textu obviam, nec prorsus inepte, quanquam eis haud aegre carebimus. ततो idem est ac तस्मात् qua de re iam dictum est ad dist. 5. neque offendere debet positivus iunctus more comparativorum; exempla enim ubique obvia. संलापः mendum est; quo enim differt a संभाषः? Interpretatione Wilkinsii fretus (*a friend to embrace*) optime iam olim emendaverat SCHLEGELIUS संश्लेषः । Omisit Rosenius सं + श्लिष; legitur Ram. I, 10, 28.

— 22. अथ initio commatis Sr. एतान् edd. दृष्ट्वा iidem, qui mox सविस्मयः scribunt; haud magnopere refert, adverbinm tamen magis placet.

P. 15. *Lin.* 1. मित्र किमस्माकं प्राक्तनजन्मदुष्कृतविचेष्टितमिदं । P. sic etiam Pp., inserto अन्यद् post किं, et omisso इदं; displicet summopere विचेष्टितं, quod sensnm hnic loco accommodatum me indice praebet nullum.

*Dist.* 34. om. P. — Pp. omittit in hem. a. यथा च et hem. c. तथा, sed utrumque postulat metrum. — L. in hem. b. omittit च post यत्र, vetante versu.

*Dist.* 35. a. परिताप ed. Lond. minus bene. d. फलान्येव हि देहिनां । P.

*Lin.* 7. एतच्छ्रुत्वा om. S. तत् pro एतत् P. — Pro हिरण्यकः S. मूषिकः — चित्रग्रीवबन्धनं Pp. — सत्वरं om. codd. — Pro उपसर्पति Pp. उपगतः.

*Lin.* 8. Prius मा desideratur in edd. कुरु post एवं addit ed. Ser. — किं चास्मद् etc. edd. Sed particulae किं च, quae continuativa est et saepius distichis laudandis in hoc libro praemittitur, hic nullus est locus. — Transponnnt codd. एषामस्मद् etc. — Deinde inser. ed. Ser. comma hoc: तदा मम पाशं पश्चाच्छेत्स्यसि । in quibus, ne a vitiis essent immunia, editor Londin. पाशं mutavit in पाशां.

*Lin.* 9. एतान् pro एतेषां Pp.

*Lin.* 10. कथमहं समर्थो भवामि Pp. भवं haud male additum; verbum substantivum recentius aevum coarguit. दन्ता मे न हि etc. P. Mox pro भवतः edd. तव. P. भवतामेव पाशान्; hoc male; quia de unius tantum personae vinculis nunc sermo est; illud melius; est enim pluralis maiestatis neque otiosum est h. l. एव.

*Lin.* 11. तद् e codd. Mox यथाप्राप्ति P. qui et अन्यान् scribit. Edd. post P. 15. अनन्तरं pergunt: अप्येषां कथनं यावच्छक्यं करिष्यामि । ed. Lond. एतेषां. अपि male collocatum est, quia, si referatur particula ad adverbium temporis, tota sententia evertitur.

*Lin.* 12. Transponit Pp.: तथापि अस्त्येवं; male, nam अस्त्येवं protasis vice fungitur et nil aliud valet, quam magis usitatum: यद्यप्येवमस्ति । Mox edd. कथनमेतेषां कथय । Pro एतेषां Pp. एषामेव ।

*Lin.* 13. Pro यद् P. यथा, male. यद् ad रक्षणं pertinet, et nota esse debet omnibus haec constructio, a qua rarissime disceditur, qua pronomen relativum nomen, a quo pendet, sibi adiungit; quo fit ut nomen eodem casu ac pronomen relativum ponatur, et addendum sit in altera positione demonstrativum, quod cum nomine in genere et numero consentiat, cuius autem casus pendeat a sententia, ad quam ipsum pertinet. Atque omnino magnum hac in re cernitur discrimen inter Indicam et plerasque alias linguas, in quibus positio relativa alii sententiae inseri solet; Indi autem plerumque praemittunt positionem relativam, subiungunt *principalem*. Quae constructio tam frequens est, ut aliae pro exceptionibus possint haberi. Neque difficile est demonstrare, cur a relativo attrahatur nomen; praemisso enim relativo, subsequente in altera sententia nomine, incertus haeret auditor, sive is sit lector, quo referat relativum; perspicuitatis igitur caussa relativo adiicitur ipsum nomen, ad quod pertinet; quo facto necesse fit, ut in altera positione repraesentetur nomen, atque hanc ob caussam additur demonstrativum. His expositis revertor ad locum nostrum, ubi constructio est: यद् रक्षणं — तद् न संमतं । Superfluum erit alia addere exempla, ubicunque enim adsunt. Pro रक्षणं edd. परिरक्षणं. — आश्रित substantive hoc atque aliis huius libri locis ponitur. Vid. in primis dist. 40, ubi cum genitivo positum est; participium आश्रित, accusativum regit. Cf. loca a Rosenio s. v. congesta. न edd. pronomini तद् subiungunt; melius collocant codd. quam rem qui perspexerit, is demum aliquid profecit in hac lingua. Edd. mox नीतिवेदिनां. P. तत् किं नीतिविदां संमतं । sensus idem est, sed enuntiatur per interrogationem.

*Dist.* 36. दारां L. vitiose. — a. आपदर्थं P. आपदार्थं Pp. quod nihil est. Scriptura codicis P. minus placet, quippe quae dicat, custodiendas esse divitias ad res adversas excitandas; अर्थं enim hunc in modum adverbialiter positum, तादर्थ्ये est intelligendum, अर्थे h. l. unice est verum: custo-

P. 15. diendae sunt divitiae *propter* res adversas, quae irruere possint, et *contra* quas tunc utendum sit divitiis. Quod discrimen inter अर्थं et अर्थे adverbialiter usurpata non leviter pono; sed reiterata multorum locorum consideratione, ita ut ab hac opinione non discedam, quamvis scripturam - अर्थं tueantur editiones codicis, unde detumtum est distichon. Vid. Man. VII, 213. Apparet quidem ex scholl. ad h. l. non nuperrimorum editorum culpae attribuendam esse scripturam अर्थं, quippe quam ante oculos habuit *Cullucabhattas*, per आपन्निवारणार्थं locum interpretatus; verum respicit tum hic, tum alibi, magis tenorem loci, quam accuratam eius interpretationem grammaticam.

*Dist.* 37. c. तन्निघ्नता codd. vitiose; refertur enim ad. प्राणाः.

*Lin.* 18. हिरण्यक e codd. तावद् h. l. non est adverbium temporis, quo sensu saepius usurpatur et valet *interim;* sed particula concedentis. Deinde omittunt codd. अस्माद्; in fine P. न शक्तः, omisso सर्वथा, quod facit etiam Pp. retinens tamen असमर्थः । Addunt deinde edd. तेनेदं ब्रवीमि ।

*Dist.* 38. Pp. सन्निमित्तं P. तन्निमित्तं. Repetitur in edd. et codd. distichon infr. p. 99, l. 15. q. l. cf.

P. 16. *Lin.* 22. अपायपरिहारहेतुः Pp.

*Dist.* 40 et 41. Transponit haec disticha ed. Lond. nescio quam ob caussam.

41. b. . . . पुंकुले मम P. quod vocabulum, quamvis in lexicis non obvium, haud prorsus est reiiciendum. Abundat sane in nostra scriptura copula.

— c. . . . . विद्यमानार्थो edd. (Ser. mendose punctum in fine vocis वाक्यो omisit) At magis accomodata est loco enuntiatio sententiae per interrogationem. Pp. . . . तथाप्यात्मा, quod non intelligo. Jonesius legit ut P.

*Dist.* 42. d. तदा लब्धं भवेन्न किं P. तत्र लब्धे भवेन्न किं Pp.
तन्न लब्धं भवेन्न किं S. तत्फलमर्थं भवेन्न किं L.

Ex hac varietate apparet, in ultimis verbis omnes consentire libros; quo facto statim etiam patet, तदा लब्धं vel तदा लभ्यं esse legendum; hoc enim solum in antecedentia quadrat; rarius praeterea, यदि excipitur a तत्; Bhag. Gît. I, 46. तत् pronomen est, non coniunctio. Iunctio यदि - तत् auctoritate codd. fruitur infr. p. 99, l. 14. Longius foret demonstrare, quo quaeque ceterarum scripturarum offendat; id tantummodo dicam, scripturam cod. Pp. sensum praebere haud malum, modo तत्र accipias

pro तस्मिन् (sc. अर्थे) et लब्धं subintelligas ad किं. Omitti enim potest in P. 16.
apodosi तदा post यदि; vid. Bhag. Gît. XI, 12. Ed. Sr. peccat in gemina negatione; voluerunt haud dubie भवेन्नु किं, quanquam durius est particulam interrogativam नु tali iunctura ponere.

*Dist.* 43. De दूर observandum est hoc vocabulum de spatio tantum usurpari, चिर de tempore, दीर्घ de utroque. स्थायिन् i. e. *perdurans*. Bhartrihar. p. 75. कतिपयदिवसस्थायिनी यौवनश्रीः ।

*Lin.* 11. प्र om. P. पुलकिततनोभाङ्गः P.

— 12. वाञ्छितानां codd. sed nescio, an cum genitivo iungi possit वात्सल्य, eo sensu, ut sit amor erga aliquem. — Mox प्रयुज्यते sola ed. Lond. quod ut debuimus, ei reliquimus. — एतद् initio commatis P. qui in brevius contrahit seqq. . . . उक्त्वा सर्वेषां बन्धनानि छित्वा हिरण्यकः सर्वान् etc. — तेन om. Pp. et mox l. 13. ततो.

— 14. Pro सर्वथात्र P. तद् male.

*Dist.* 45. c. गजतुरंगमयोरपि P. minus bene; difficilius enim est serpentes domare quam equos.

— 46. b. in निपुणैः peccat utraque ed. scribendo निपुनैः । in fine bemistichii b. P. समुद्रालयात्; baud male; minus elegans enim est ista repetitio particulae अपि. — c. P. दुर्नीते हि किमस्ति दुर्लभतरं etc.; superscriptum P. 17.
est postremo vocabulo सुचरितं, sed deinde deletum. Pp. in ceteris consentit cum P., sed pro दुर्लभतरं praebet: किं न चरितं. Ex interpretatione Jonesii baud divinaverim, quam scripturam ante oculos habuerit; ex verbis Wilkinsii: *when laws are ill enforced, where are their good morals? To whom is the mere glare of the fire a virtue?* — probabile fit, eum legisse दुर्नीते किमिहास्ति किं सुचरितं; postrema in omnia diversa abeunt, neque haec valde curo, quippe in quibus nil variant libri; legit fortasse: को वह्निलोहे गुणः । In bac discrepantia librorum certi quid statuere si velimus, poetae mentem primum perspiciamus necesse est. Ostendere itaque vult, omnium rerum potentissimam esse fatum (काल enim saepius banc habct significationem, quia temporis decursu patefiunt fati decreta) contra quod refugii nibil hominibus sit datum; ponit primum exempla; avibus libera aëris spatia praesidio non esse, neque piscibus maris profunda; tum ad bomines transit, quibus ex vulgari opinione duo sint propugnacula ad infortunia a se propulsanda idonea; prudentia in agendo et opulentia; haec designatur voce स्थान, illa eis quae antecedunt verbis.

5

P. 17. Quid igitur, dicit, contra fatum iuvamur prudenter agendo (सुचरितं)? quid igitur est, quod dicatur, hoc vel illud imprudenter esse actum? praevalet quippe consiliis fatum. Obstat huic interpretationi solummodo id, quod सुचरितं ad prudentiam agendi refero; notat enim hoc vocabulum *pie factum*; verum significatio quam mox posui, contraposito दुर्नीतं satis stabilitur. Sed iudicent peritiores; hisce autem ita expositis cetera brevius expediri possunt. स्थान vocabulum est ethicorum: continuatio status cuiusdam medii atque aequabilis. *Amaras* p. 186. II, VIII, I, 20. ed. Col. क्षयः स्थानं च वृद्धिश्च त्रिवर्गो नीतिवेदिनां ॥ Scriptura cod. P. nihili est; दुर्नीते ferri posset hoc sensu: quid est in imprudenter actis, quo se perdere dici possit homo? — इह est: in hac vita, ut saepius. Quod ad cetera pertinet, एकांत h. l. solitudinem significat, nec adhibenda est notio vocabuli, qua in libris philosophicis usurpatur, quaque positum est in loco supra a me allegato. Cf. ad Proem. dist. 28. -व्यसनप्र° est, ut Indice loquar: व्यसनाय प्रसारितः करो येन सः । प्रसारित i. e. porrectus. Vid. infr. p. 114. l. 13.

*Lin.* 3. P. post आलिंग्य च pergit: प्रस्थापितश्चित्रग्रीवः सपरिवारः स्वदेशं ययौ । Similiter edd.: आलिंग्य च संप्रेषितश्चित्रग्रीवोऽपि सपरिवारो यथेष्टदेशान् ययौ । In utralibet scriptura hoc maxime displicet, quod gerundia, unde incipit sententia, quaeque ad Hiranyacum sunt referenda, sine ullo regimine posita sunt; inserendum certe ex coniectura fuisset तेन post आलिंग्य च. Otiosum est praeterea istud अपि, quod praebent edd. — Inserunt deinde post lin. 3. edd. hoc distichon, quod solus W. agnoscit, alio tamen loco (l. 5.) insertum:

यानि कानि च मित्राणि कर्तव्यानि शतानि च ।
पश्य मूषिकमित्रेण कपोता मुक्तबन्धनाः ॥

De distichi origine cf. quae dicta sunt ad p. 14. l. 18.

*Lin.* 4. edd. अपि pro च. — Pro अथ P. अनन्तरं. Nomini cornicis addunt edd.: --नामा काकः, quod supra iam prolatum est, p. 9. l. 6. — Obiter moneo vocabulum आश्चर्य derivatum esse a rad. चर् et praepositione आ, addita littera स् quae etiam praepositionibus अप, अव, परि et सं, praefixis verbo कृ et vocabulis ab eo derivatis adiicitur; quam litteram qui euphoniae gratia insertam esse contendunt, valde errant; notat enim significationis diversitatem, quae inter vocabula, quibus inserta sit littera sibilans, et ea, quae hac littera careant, intercedit. Cuius rei omnis dubitatio re-

movebitur, si comparetur संस्कार cum संकार, उपस्कर cum उपकार, परिकर cum परिष्कार, आश्चर्य denique cum आचार्य et आचर्य (Pan. VI, 1, 147.); utrumque enim vocabulum significat id, quod adeundum, frequentandum sit vel quod adiri, frequentari soleat; hoc tamen discrimine, ut आश्चर्य sit id, ad quod concurrant homines admirabundi: *miraculum*; आचार्य qui frequentetur a discipulis discendi cupidis, *magister*; आचर्य, quod aggrediendum sit, tanquam negotium. Aliud exemplum huius स् praepositioni आ additi exstat: आस्पद. Dicitur etiam अवस्तार et अवतार (Pan. III, 3, 120.) Sibilans sequente क vel प, praecedente vocali अ, locum suum tenet haud aliter atque in vocibus दिवस्पति, वाचस्पति, बृहस्पति. Omnes autem hae voces documento sunt, sibilantem quondam etiam ante consonantes क et प sonum suum haud in adspirationem finalem deformasse; cuius rei luculenta exempla ex vetustissimis Indorum voluminibus proferre possim; sed adeat, cuius intersit rem accuratius explorare, auctorem gravissimum, *Paninem*. VIII, 3, 8. seqq. et quae disputavi in libro: *Ind. Bibl.* III, p. 51. seqq. Nunc cursum tenebo. P. 17.

*Lin.* 5. अपि desideratur in P.

— 6. मैत्र्यं Pp. utraque forma proba. — Mox P. मामपि मैत्रेण. Pro यतो Pp. ततो. — एतच्छ्रुत्वा om. codd. अपि addunt edd. post हिर°.

— 7. चिरादद्य Pp. — हिरण्यकेनोक्तं P. nil amplius. — 8. विहस्य om. Pp.

*Dist.* 48. b. विपत्तेरेव कारणं L. विपत्तेः कारणं यतः । S. Illud ferri possit; hoc absurdum est.

*Lin.* 13. मध्यदेशे Pp. docte, nec tamen convenienter. Antiquissimae enim illae Indicarum regionum divisiones, quas libro II. codicis exposuit Indorum legislator, ea aetate, qua haec fabularum collectio facta esse videtur, obsoleverant haud dubie. — Mox codd. चम्पकावली, haud male, neque tamen nostra scriptura melius. Ed. Ser. चंपकावती.

*Lin.* 15. भ्रमन् P. — वृद्धशृगालः edd. male; वृद्ध enim huc non facit. Mox addunt iidem केनचित्; deinde अवलोकितः male; vide quae supra de discrimine horum verborum dicta sunt. — Editum est h. l., forsitan etiam nonnullis aliis, शृगालेण pro शृगालेन; cuius rei culpa a me sustinenda est; dubitavi enim, num recte dictum fuerit, littera ल interposita, nasalem dentalem न in cerebralem non esse convertendam ab antecedentibus tribus litteris caninis et sibilo ष; sed meliora posthac sum edoctus.

*Ibid.* edd. तं दृष्ट्वा शृगालोऽचिन्तयत् । *Lin.* 17. आलोच्य om. Pp.

P. 17. — 18. Pro स Pp. जंबुको । P. शृगालेनोक्तं । Mox जम्बूको Pp. utravis forma legitima; idem mox: अरण्येऽत्र et मृगावन्; postremum haud idoneum.

— 19. भवन्तं e P.; ceteri त्वां, cui vocabulo copulam praemittit Pp. सबन्धुः om. P.

— 20. सर्वदा om. Pp. सर्वथा substituunt edd., male. Iidem in fine addunt इति, de cuius particulae incommoda insertione iam dictum est supra. — Omittunt mox codd. capreoli responsum. — ततः पश्चादुक्तं edd. ततजात्वदुक्तं P. गतो मरीचिमालिनि (sic) Pp. — आवासभूमिं P.

— 21. अत्र P. — l. 22. वृक्ष om. Pp. — सुबुद्ध L. — pro काको P. वायसो. Mox चिरमित्रं S. — प्रतिवसति Pp. — तौ दृष्ट्वा om. Pp.

P. 18. *Lin.* 1. चित्राङ्ग e P., Pp. praebet मृग; sed illud exquisitius.

— 2. मित्र om. P. — Ed. L. sola: आगतेन, quod ei reliquimus. Pro विश्वासो S: मैत्री न युक्ता; quod Panditi ob hanc caussam praetulisse videntur, quia insolentius sit dicere विश्वासः सह; sed विश्वास h. l. est familiaritas, quae ex confidentia oritur. Addit L. orationi cornicis: ननु भद्रमाचरितं । Similia leguntur verba supra p. 12, l. 10.

— 7. दुर्दैवविपाकाद् P. — दैवदुर्विपाकाकुलितः नयनः (sic) P. गलितजलनयनो edd. Rescribe: आकुलितनयनो — 8. अथ कृपया om. codd.

— 9. Alterutrum किंचित् om. Pp. किंचिदुक्त्वा S.

— 10. भक्षितुं L. S. minus usitata forma. — गतः P. minus bene. — ततस् om. codd. — 11. भयार्तः edd.

— 12. सभयः, omisso आह Pp. Omittuntur sane interdum verba quibus colloquii vices declarantur, in primis post vocabnla प्रकाशं, स्वगतं, alia similia, quod ex scena Indica assumptum est; in dramatis enim sicuti apud nos indicantur personae snis nominibus, uniuscuiusque orationi praemissis et extra sermonis nexum positis; sed h. l. iusto durior foret haec omissio.

*Dist.* 50. Dist. hoc omittunt h. l. codd. nec non interpp. Inserunt infr. p. 114, l. 13. codd. et S. Dubitari posset, utrum तावत् atque यावत् pro adverbiis temporis essent habenda (*tamdiu*—*quamdiu*), an pro neutris substantive positis (*tantum*—*quantum*); accuratius perpendenti prius tantum placebit; neque obstat genitivus भयस्य; construitur enim भी etiam cnm hoc casu; vid. Râm. I, 1, 4.

*Lin.* 15. Initio commatis ततो edd., quod expunximus, codices secuti; अस्य codici Pp. debemus. — Sequens comma ex edd. repetivimus;

verum emendavimus तथा pro तद्. Codd. aliter: — संनिधाने पलायनमप्यशक्यानुष्ठानं P. 18. तथापि आत्मनो मत्कालोचितम् । Pp; cum quo conseutit in prioribus P. अनुष्ठानः solummodo vitiose genere masculino exhibens; sed deinde pergit: तथापि प्राप्तं भवतु । Utrumque ferri potest, modo iu scriptura Pp. pro भवत्वेतत् correxeris भवत्वेव ।

— 16. Verba inde a तावद् usque ad वयस्य om. Pp. neque aliter P. tantummodo pro वयस्य substituit एतत्. Mox pro उपगच्छामि P. एष गच्छामि.

— 17. Pro ऽब्रवीत् edd. repetunt ऽवदत्.

*Dist.* 122. c. Pro वंचनं Pp. गञ्जनं; idem scribere voluit P. ut videtur, quanquam media syllaba minus distincte sit exarata. Hanc coniecturam egregie confirmat Vêtâla-Panchavinsati, in cuius fabula prima hic slocus reperitur; legitur ibi गृञ्जनं, quod quum ab hoc versu prorsus alienum sit, non dubium est, quin corruptela sit pro गंजनं. Quaenam autem significatio huic vocabulo, in lexicis non obvio, tribuenda sit, minus liquet; si radici गञ्ज् vim inebriari recte tribuit Wilso, ebrietatem h. l. intelligere licebit; cf. Wils. s. v. गंजा, quod nomen *cauponam* notat. Sobrietatem in summis virtutibus ab Indis poni, notum est. वंचन hoc habet incommodi, quod contra usum *passive* accipi debeat: *fraus*, quam patimur, haud eam, quam ipsi concipimus.

*Dist.* 123. Desideratur in Pp.

P. 31. *Dist.* 124. b. स्वार्थे यत्ने edd. male.

*Dist.* 125. b. . . . नैव Pp. per se haud male, praestat tamen न तु.

*Dist.* 126. b. च pro तु Pp. minus bene. Idem hemist. c. सर्वलोकस्य वा मूर्ध्नि, paullo durius; nam विशीर्येत ad priorem huius versus partem non commode trahi potest; supplendum igitur foret: स्यात्. In ultimo hemistichio secuti sumus. Pp. — Edd. et P. विशीर्येद्यथा वने male: passivum enim praeferendum foret, etiamsi शॄ secundum quartae classis normam inflecti

posset; quod fieri nequit. Quid multa? Bhartriharis sunt versus, ad P. 31.
quorum genuinam scripturam proxime accedit Pp. — Ed. Ser. p. 49: सर्वलोकस्य वा मूर्ध्नि विशीर्यते वनेऽथ वा । Ed. Ser. ibi vitiose: विसीर्यते.

*Lin.* 8. अत्र om. P. — याच्ञया edd. sed praestat h. l. compositum. जीवं Pp. quod sensu h. l. commodo (*vita*) agnoscitur a Wilsone quidem, verum rarius reperitur. — Pro चतीव Pp. एव.

*Dist.* 127. c. नोपचारः Pp. mendose. — d. प्रार्थितो codd. et L. — Pp. praeterea pro जनः exhibet नरः. Minus recte praetulimus scripturam ed. Ser. प्रार्थिते; in iunctura enim hac: वरं — न वरं, posterius वरं interdum omittitur, veluti ex. gr. mox dist. 129, sed tunc verbum substantivum quod subintelligendum est, ad utramque sententiam pertinet, neque alii verbo locus est. प्रार्थितः est is, qui ab aliis aditur auxilii impetrandi caussa. L. —

Ne recepta quidem codicum lectione in expedienda secundi versus sententia mihi ipse satisfacio. Mavult Lassenius noster participium, ut supplere liceat: न च वरं भवति, quibus verbis, recepto passivo, nullus est locus. Attamen non omnino necessaria est repetitio, sive expressa sive intellecta, in eiusmodi sententiis, ubi binae sortes inter se comparantur, altera tolerabilis, altera vehementer respuenda; imo elegantius in alterutro comparationis termino locutio variatur. Cf. Prooem. sl. 19. Sed offendunt me nominativi continui, ad eandem personam referendi. Sane qui ipsi opibus suis sunt exuti, non sollicitari solent ab aliis pecuniae largiendae gratia. Exspectabam tertium casum, sic fortasse: न चोपचारभ्रेन. Emendatio variis modis tentari poterit; exspectandum est auxilium codicum. Schl.

*Dist.* 128. a. दारिद्र्याद् P. et S. Est forma aeque legitima. — द्वीपं P. contra grammaticam et metrum. परिभाव्यते Pp. male. — a. et b. परिगतः प्रभवते तेतसः । निस्तेजाः परि-P. — b. pro आपद्यते Pp. आगच्छति. — c. शोकरहितो P. male. — Nec melius ibidem Pp: बुद्ध्या न संयुज्यते. d. विधनता ex coniectura pro निधनता, quod quanquam omnes libri tuentur, stare nequit; arbitrati sunt fortasse librarii et editores नि in compositis idem valere atque निर्; quod fieri non posse, demonstravit editor Bibl. Indic. I, p. 350. Legitur hoc distichon in fabula Mrichchhakati. Vid. interpr. Wils. p. 21.

*Dist.* 129. a. वरं कार्यं मौनं Pp. — c. प्राणापयकाः Pp. — आत्मोपघातभिरुचिः edd. d. pro सुखं Pp. मतं.

P. 31. Subiungunt edd. hosce versus, qui in codd. pariter atque interpp. omittuntur, neque ipsi habent, quo magnopere sese commendent:

वरं शून्या शाला न च खलु वरो दुष्टवृषभो ।
वरं वेश्या पत्नी न पुनरानीता कुलवधूः ।
वरं वासोऽरण्ये न पुनरविवेकाधिपपुरे ।
वरं प्राणत्यागो न पुनरधमानामुपगमः ॥

Leviora nonnulla vitia tacite sustuli; restat unum, quod altius insedit, dico आनीता, quod vel metrum corruptelae arguit. Scripsissem न पुनरुपनीता, si probare potuissem, उपनी idem valere ac प्रणी et परिणी. Dicitur faemina, quae alii post maritum viro nubit, परपूर्वा. Man. V, 163:

पतिं हित्वापकृष्टं स्वमुत्कृष्टं या निषेवते । निन्द्यैव सा भवेल्लोके परपूर्वेति चोच्यते ॥

परपूर्वा optime loco nostro convenit, verum non sine artificiis quibusdam versui inseri potest. उपोढा legitur Ram. I, XIII, 37. quod vocabulum facile est h. l. introducere: न च पुनरुपोढा; sed est ipsum isto Rameïdos loco ex coniectura, necessaria illa quidem et praeclara, positum. Rem in medio relinquam, neque enim tanti valent isti versus, ut in eis operam et oleum perdamus.

*Lin.* 21. इति om. Pp. — अहं om. P. — Pro भोजयामि Pp. योजयामि; P. संवर्धयामि; S. पोषयामि. — Pro भो codd. भोस्.

P. 32. *Dist.* 131. b. श्रेयस्कीर्तं S. minus bene. — पल्लवग्राहि insolita est dictio, cuius tamen sensum feliciter divinavit Jonesius, vertens: *superficial knowledge.* पल्लवग्राहि पाण्डित्यं eruditio est, quae surculos quasi tantummodo defringit de arbore scientiae, quae verba facit permulta, floridaque gaudet loquela, solidis autem fundamentis destituta est, neque bonae frugis quid producit. Quam interpretationem ne pro lubito a me propositam esse censeat lector, optima auctoritate stabiliam. Canit *Jayadevas* initio Gitagovindae (v. 4.), वाचः पल्लवयत्युमापतिधरः संदर्भशुद्धिं गिरां । जानीते जयदेव एव, et quae sequuntur; ad prima verba scholiastes: उमापतिधरनामा कविः पल्लवयति विस्तारयति मात्रं न काव्यगुणयुक्ता वाचः करोति । पल्लवग्राही दोषोऽस्य. — Alius interpres haec habet: अल्पामपि वाणीं बाहुल्येन निबध्नाति. Ambae interpretationes facile inter se componi possunt; ex priori scholio patet, nisi fallor, technicorum vocabulum fuisse पल्लवग्राह, quo nimiam eamque vanam et inanem verborum pompam designarent. L. — Cf. vocem simili modo formatam असद्ग्राह, Bhag.

Git. XVI, 10. Wilso, sequutus Trik. Sêsh. tertiam syllabam corripit, P. 32.
recte interpretatur, sed peccat in derivatione. SCHL.

*Dist.* 132. b. प्रवासशायी च edd. refragante metro; च addit etiam Pp. mendose, in ceteris uti nos. — d. pro सोऽस्य L. तस्य; offenderat Hayleyburiensem optimum virum fortasse haec pronominis attractio a nomine, quod in eadem sententia qua illud collocatum est; सोऽस्य enim est pro तदस्य; sed hoc pueri iam norunt.

*Lin.* 5. Edd. - अपि लोभात् पुनरप्यर्थं ग्रहीतुं etc. Pp. अपि omisso sic pergit: लोभात् पुनरपि धनं ग्रहीतुं etc. quocum consentit P. in तद्धनं pro धनं solummodo varians.

*Lin.* 9. Ed. Ser. ततोऽहं मन्दंमन्दमुपसर्पन्नेन वीणाकर्णेन etc. Sed verba p. 30, l. 3. male huc sunt tracta. वीणाकर्णेनाहं L. — वीणाकर्णेन तेन Pp. — ताडितोऽचिन्तयं ex ed. L. — Ceteri hunc in modum variant: ताडितः । अथाहमचिन्तयं P. — ताडितः । तथाहमचिन्तयत् (sic) Pp. — ताडितश्चाचिन्तयत् (sic) S. In proxime seqq. maximas turbas exoitant libri: L. - अचिंतयं । लुब्धो ह्यसंतुष्टो नियतमात्मद्रोही भवति; sequitur tum distichon ab eisdem verbis incipiens; eodem modo S. in soluta oratione, sed slocum haec verba excipientem omittit. — Codex P. ed. Ser. sequitur, sed आत्मद्रोहीति exhibet pro आत्मद्रोही. — Pp. denique prosam orationem omnino omittit et distichon nostrum 134 statim post verbum अचिन्तयं collocat, quem secuti sumus, ut haud dubie debebamus; facile enim apparet priorem distichi versum additamento quodam ex. gr. आत्मद्रोही, turbatum et deinde, quum is pro oratione soluta acceptus fuisset, alterum versum plane fuisse omissum; alius deinde ex alio codice adscripsit distichon, quo facto evadit constitutio textus, qualis in ed. Lond. comparet. — अनियतात्मा in dist. 134. satis notum est vocabulum, cuius vis tamen haud scio an ab omnibus plane perspiciatur. नियम् proprie est cohibere habenas equorum; cum equis autem regundis comparantur animus hominis atque sensus, ratione regundi: unde translatus est hic mos loquendi: नियतात्मा, नियतेन्द्रियः et aliae similes dictiones. Praeclare huc facit locus in Kâthakopanishat p. 7. obvius:

आत्मानं रथिनं विद्धि शरीरं रथमेव तु । बुद्धिं तु सारथिं विद्धि मनः प्रग्रहमेव च ॥
इन्द्रियाणि हयान् आहुर्विषयांस्तेषु गोचरान् । आत्मेन्द्रियमनो युक्तं भोक्तेत्याहुर्मनीषिणः ॥

*Dist.* 135. om. Pp. — d. ननु ex P. — edd. न तु, quo peius quidquam excogitari nequit.

*Dist.* 136. a. नपुनो Pp. stulte.

P. 32. — 138. d. जीवनं edd. Ad idem redit.

— 139. b. बाध्यमानस्य S. sed nostra scriptura melius ad totius loci complexionem quadrat. — d. in fine ed. L. नारद quo quid absurdius esse potest?

*Lin.* 22. उचितकार्ये Pp. — S. तदत्रावस्थोचितकार्य cet. L. तदत्र ह्रस्वोचितकार्य cet. — परिच्छेद proprie est abscissio, unde et propter versus huic sententiae illustrandae subiunctos (cf. praecipue 141 त्यजेत्) suspicari posses sensum esse loci: *abdicatio* negotiorum semper praestat, quum sit consentanea conditioni nostrae." Sed aliam habet, me iudice, vim vox परिच्छेद, quam demonstrare utile erit, propter silentium sive potius reticentiam Wilsonis, qui hoc vocabulum exhibet quidem, verum solam ei tribuit significationem divisionis, qua libri in partes suas distribuuntur. *Divisio* certe vis propria est huius vocabuli, quod ad libros minime est restringendum, sed ad res in universum pertinet, ita ut sit earum discriminatio, distinctio, distributio in classes suas, qua facta cuiusque naturam et proprietatem intelligimus; unde ad hunc *Bhavabhútis* versum (Mál. et Mádh. I, 24.) परिच्छेदव्यक्तिर्न भवति पुरःस्थेऽपि विषये । „discriminatio non cernitur ne in re quidem ante oculos obversante" scholiastes परिच्छेद interpretatur per निश्चय. Paullo ante परिच्छेदातीत dicitur de re, quae discriminationem ita egreditur, ut comprehendi et definiri nequeat. Ad nostrum ut revertar, कार्यपरिच्छेद talis est discriminatio negotiorum, ut perspiciamus, quid pro cuiusque conditionis diversitate sit faciendum.

*Dist.* 140. b. नित्यमतोनिता ed. Ser. qua scriptura metrum omnino pervertunt sapientes isti homines, qui et mox परिच्छेदं scripserunt.

Addunt edd. hoc distichon:

परिच्छेदो हि पाण्डित्यं यदापन्ना विपत्तया ।
अपरिच्छेदकर्तॄणां विपदः स्युः पदे पदे ॥

Ed. L. hoc mutavit in - यदापन्नोऽविपत्तया । prius: आपन्नो, nisi fallor, haud male; posterius: अविपत्तया, stulte; sensus enim esse deberet: quum invaditur homo a mala fortuna; अविपत्ता foret bona fortuna, a qua invadi dioi non possumus. Sed corrige तदा pro तया et construe: यदा विपद् आपन्ना तदा परिच्छेदः पाण्डित्यं । आपद् enim verbum est neutrum. Cf. Rosen. s. v.

*Dist.* 141. d. स्वात्मार्थे S. omisimus pronomen, h. l. otiosum, et hiatus vitandi caussa intrusum.

*Dist.* 142. om. S. et Pp., nec non J. Versum posteriorem ex P. P. 32.
dedimus; L. = हृत्स्थ कण्ठलग्नोऽपि वातं खादति वासुकिः । ad sensum nil differt, sed istud concinnius est dictum. In hem. b. P. exhibet, अनुसारि च.

*Dist.* 143. b. स्वादान्नं L. male. — Pro वा Pp. च, quod ferri h. l. P. 33.
omnino non potest.

*Lin.* 9. यद् om. P. — निर्जनं ex Pp. pro निर्जन.

*Dist.* 144. Omittunt codd. et J. — b. भोजनं in fine S. Inest huic versui licentia poetica in constructione. quae, si cetera respicis, sic procedere debebat: तृणाश्रया; et facile compositum loco idoneum inveniri posset scribendo तृणाधिश्रया; sed concedendum est aliquid poetis.

*Lin.* 12. ततोऽप्यस्मात् S. et mox पुण्यफलोदयाद् S. — पुण्योपचयेन P. qui comma proxime sequens, dist. 145. et verba मन्थर उवाच omittit; tribuit igitur muri slocum 146; minus bene, ut nemo non videt. Quae autem h. l. omittit, infra post dist. 146. ponit. — च post अधुना recepimus ex Pp. cui etiam verba पुण्यपरंपरया et अयं (l. 13.) debemus; edd. hoc omittunt, pro illo exhibent: पुण्यफलोदयाद्, quod variatio est paullo ante obvii vocabuli पुण्योदयात्, haud bona quidem illa; dubitare enim licet an solitum sit dicere पुण्यबल, quanquam bene Sanscrite componitur तपोबल et योगबल; sed scribere haud dubie si non voluit, tamen debuit पुण्यफलोदयात्. De परंपरा cf. notam ad Bhag. Git. IV, 1., ubi exponitur discrimen, quod interest inter परस्पर et परंपर; tertium est vocabulum परावर, ab utroquo diversum, cuius vis optime explicatur ad hanc dictionem परावरा विद्या in Mundaca p. 1. obviam: परस्मात् परस्मादवरेणावरेण प्राप्ता.

*Dist.* 145. b. Pro एव S. अत्र; stulte. — Pro मधुरे फले Pp. et S. रसवत्फले; L. हे फले चामृतोपमे. Secuti sumus cod. P. qui post dist. 146, ut mox videbimus, locum (l. 12. et dist. 145.) quem omissum esse supra diximus, reiecit. — — d. स्वजनैः Pp. — सुजनैः S. Sequitur in ed. L. hic slocus, quem inter ceteros W. solus agnoscit:

संगमः केशवभक्तिर्गङ्गाम्भसि निमज्जनं ।
असारे खलु संसारे त्रीणि साराणि भावयेत् ॥

*Lin.* 16. distichon 146. abest a codice Pp. qui post verba मन्थर उवाच statim pergit: युष्माभिः etc. vid. l. 20.

*Dist.* 146. a. वेलोपमं P. qua lectione convenientia similitudinis perit. b. *init.* आयुष्यं S. — फेण mendose scripsimus pro फेन. — जीवितं S. — c. नि-

P. 33. न्दितमतिः S. — d. pro हतो S. कुतो minus bene. — परिगतः S. sed de senectute melius dicitur परिपातः. — Quum लोल et चपल pariter adiectiva sint, explicandum compositum hunc in modum esse videtur: जलबिन्दुवत् लोलं चपलं च । Ceterum satis frequens est apud poetas Indicos haec comparatio, qua rerum humanarum fluctuatio cum guttis aquae confertur. Auctor Môhamudgarae v. 4. नलिनीदलगतजलमिव तरलं । तद्वज्जीवनमतिशयचपलं ।

*Lin.* 20. Disticho 146. subiungit P. अधुना etc. ex l. l. 12-13; sequitur tum dist. 145., quod excipiunt deinde verba: मन्थर उवाच । युष्माभिः etc. — Edd. post virgulam तस्यायं दोषः ।

*Dist.* 147. a. Pro विभानां Pp. अर्थानां; P. वस्तूनां. Distichis 147. et 148. interponunt edd. hosce versus:

यद्धोऽधः क्षितौ वित्तं निचखान मितंपचः ।
तदधोनिलयं गन्तुं चक्रे पन्थानमग्रतः ॥

Interpretatus est W., sed paullo infra, versus laude sua haud privandos.

P. 34. *Dist.* 148. a. Edd. नित्यधानो quod eis reliquimus.

— 149. a. दानभोग P. haud magnopere interest, sed mox idem male: विहीनस्य. — c. भवामः किमु तेनैव S. भवामः किन्न तेनैव P. भवामस्तेन किंनैव Pp. Nostra scriptura, quam ante oculos habuit etiam W., se ipsa omnino commendet; codd. et ed. S. sensum praebent nimis ieiunum.

*Distt.* 150 et 151 huc traximus; quo ipsa sibi locum assignant; edd. exhibent infra Lib. II, prius post dist. 7, alterum ante dist. 9.; neque audaciae nos accusabit, qui experientia facta edoctus fuerit, quam parum aptis locis disticha in hoc libro nonnunquam ponantur; in notas ad istum locum reiiciendum fuisset utrumque distichon, si huc tracta non fuissent. Ceterum ed. Lond. dist. 150. a. praebet: विहीनाश्च, et hemist. c. भक्षेव mendose. Codd. omittunt omnino hunc slocum.

*Dist.* 151. d. जितेन्द्रियः स्यात् P. contra metrum.

— 152. b. धने emendavimus pro धनं, et hem. d. recepimus e P. तायते pro गम्यते; hoc ideo, quod गम्यते minus usitatum nobis visum est in hac iunctura; istud, quia corruptela est manifesta. Divitiae enim non parem facere possunt eis, qui opibus careant, avarum, etiamsi divitiis non utatur; sed aequalitas est avari, qui non utatur, et pauperum, qui careant, *in* divitiis; postulatur igitur locativus; neque eadem ratio atque huius loci, est istius dist. prooem. 25., ubi verba सामान्यं पशुभिर्नराणां nomi-

nativum sibi adiunctum habent; res enim quae ibi enumerantur aequalem faciunt hominem animalibus. P. 35.

*Dist.* 153. Desideratur in codd. ed. Ser. et interpr. Jonesii; retinuimus tamen versus satis semetipsos commendantes.

— 154. b. च शौर्यं L. et codd. refragante metro. c. चिरं त्यागनिपुणं S. patitur metrum, sed aegre caret oratio h. l. copula. – d. veram lectionem P. debemus. Pp. et L. एतच्चतुष्टयं जगति; pariter S. sed pro जगति exhibet लोके. Omitto, hanc variationem metri, *árya* dicti, qua uterque versus eundem numerum morarum syllabicarum continet, quaeque *Gíti* dicitur, rarissime usurpari; id sufficit animadvertere, ut nostram scripturam vindicemus, चतुर्भद्रं exquisitius esse vocabulum, quod haud facile a librario inveniatur.

*Lin.* 15. एतदपि addidimus ex codd.

*Dist.* 155. c. et d. . . . पंचवर्षीयेन धनुषात्मा निपातितः Pp. scriptura haud indocta, in qua tamen hoc displicet, quod non satis diserte dicatur, ad quem pertineat fabula, quae hoc disticho introducitur.

*Lin.* 17. *init.* S. et L. तावाहतुः pro quo P. हिरण्यकोऽब्रवीत् । Pp. सोऽब्रवीत्. कटके वास्तव्ये S. — कटके, omisso वास्तव्य L. Sed optime se habet hic usus vocabuli वास्तव्य, quo significat: *habitans*; unum exemplum sufficiat, Mâl. et Mâdh. prolog.: नानादिगन्तवास्तव्यो महाजनसमाजः.

— 18. Pro स चैकदा P. सदा; minus convenienter h. l. -मांसलुब्धः omittit S. substituit Pp. पापार्द्धिलुब्धः. — सन् recepimus ex codd., est enim, ut supra iam monuimus, ex huius libri loquendi more talis verbi substantivi additio, qua utuntur praeterea semper fere scholiastae ut casus, numerum et genus aliorum participiorum melius designent. A vetustioribus auctoribus ἐνεργητικῶς tantum adhibetur hoc verbum, cuius vim tali contextu positi colligere potes ex hoc Bhartriharis disticho:

सति प्रदीपे सत्यग्नौ सत्सु तारारवीन्दुषु । विना मे मृगशावाक्ष्या तमोभूतमिदं जगत् ॥

Si Hitopadesam spectas, सन् cum particip. aor. pass. praecedente vim habet prodosis, coniunctiones temporales *quum* vel *postquam* continentis, ex. gr. चलितः सन् i. e. postquam profectus est. Exempla leguntur infr. p. 86, l. 6. p. 100, l. 10. p. 111, l. 13. p. 115, l. 1. p. 116, l. 7. p. 128, l. 18. – मृगमन्विष्यमाणो retinuimus ex ed. S. hisce enim verbis aegre careret narratio, eis omissis iusto brevior; eandem caussam habuimus recipiendi ex ed. L. धनुरादाय l. 19. — मध्यं abest a S. et P. — गतवान् S. — pro तत्रस्तेन P. तेनैव, Pp. तेन. — समागच्छता P.

P. 35. *Lin.* 20. महान् addit P. post घोराकृतिः. — Sequens comma hunc in modum in codd. se habet: तावत्तेनैव मृगं - - - शरेण ताडितः । P. - तावत्तेन मृगं संस्थाप्य स शूकरेणाहतः । Pp. postrema verba, ut nemo non videt, corrupta sunt. Mox (l. 21.) pro स S. व्याधः । — L. pro - द्रुम इव praebet: - द्रुमवत्. Cod. P. = ततः शूकरेणापि प्रलयघनघोरगर्जनं कृत्वा व्याधो मुष्कदेशे हतः । ततोऽसौ छिन्नद्रुम इव भूमौ पपात । शूकरोऽपि शरघातेन मृतः । Pp. = शूकरेणाप्यागत्य घनघोरगर्जनं (sic) कुर्वाणेन स व्याधो - हतः । स छिन्नद्रुमवद्भूमौ पपात ।

*Dist.* 156. a. धन्विर् L. et Pp. corrupte. — c. क्षुद्व्याधिः Pp. contra grammaticam. — d. प्राणान् विमुञ्चति; S. sed praestat omnino passivum.

*Lin.* 3. आस्कालनेन L. quod nihili est. Totum hoc incisum omittunt codd. qui etiam in seqq. serpentem omnino silentio praetermiserunt. — अथानन्तरं S. qui et mox: दीर्घवारो नामा (sic), male lecta scriptura Bengalica, quae littera व et र saepius confundit, quam distinguit; नामा est vitium in hac editione satis frequens, quod evitare quum vellet editor L. incidit in contrarium: दीर्घरावनाम. — नाम omnino abest a Pp.

— 4. परिभ्राम्यन् P. aeque recte. — मृतान् desideratur in codd. qui सर्पं etiam, ut mox enotavi, omittunt. — Edd. in fine अपश्यत्.

— 5. आलोक्य omittunt S. et P.: addentes verbo proxime sequenti copulam. — अहो om. codd. et L. — मे abest a P.

*Dist.* 157. a. अचिन्तितानि च Pp. — c. idem: तथैवान्ये pro तथा मन्ये mendose.

*Lin.* 8. तद्भवतु S. et P. — मासमेकं समधिकं यावज्जीवनं मे भविष्यति । uterque codex; sed male, nisi fallor, जीवनं eodem sensu dictum est atque भोजनं; de यावत् postposito, praecedente accusativo supra monitum est ad p. 20, l. 19.

*Dist.* 158. desideratur in Pp. — Versibus hisce praemissum est in P. जम्बुकोऽचिन्तयत् importune repetitum. In hemist. c. S. यातु minus bene.

*Lin.* 11. तावद् om. edd. — Verba इमानि - विहाय recepimus ex P., — S.: इदं निःस्वादु कोदण्डलग्नं etc. L. corrupte: इदं निःस्वादुकं दण्डलग्नं etc. — Pp. इदं निःस्वादु कोदण्डाटनीलग्नस्नायुबन्धं खादयामि; अटनी quanquam ipsum corruptum lectionem cod. P. confirmat.

— 12. तथा कृते सति छिन्ने S. — L. non h. l. tantum peccat scribendo चिन्ने. — छिन्नस्नायुबन्धेन, omisso धनुषा, P. — बन्धने edd. qui paullo post हृतं omittunt. निभिन्नः P. निर्भिन्नः S.

*Dist.* 159. c. मृतं च P. male.

— 160. Repetendum curavimus hoc dist. ex ed. Ser. praeter quam

solus exhibet J. — Emendavimus: ददासि pro ददाति et बध्नासि pro बध्नाति; tum P. 55.
श्रेयं pro सेव्यं.

*Lin.* 19. यातु किमिदानीं S. — यातु agnoscit etiam P.; usurpatur hic imperativus, pariter atque भवतु tanquam particula concedentis; Graece dicitur εἶεν. Exempla infra invenies p. 127, 8. p. 128, 9. — उपवर्णितेन P.

*Dist.* 161. c. आपत्सु नैव minus bene Pp.

*Lin.* 22. तद्वयस्य सर्वदोत्साहेन भवता भवितव्यं P. quocum in primis verbis consentit Pp. attamen mox सर्वदा omittit et pro भवता exhibet त्वया.

*Dist.* 162. d. Pro शरोगं P. शरोगेयं; L. et Pp. ग्लानिं. P. 56.

*Lin.* 5. प्रीतिः कर्तव्या Pp. — P. totum comma hunc in modum variavit: तदत्र दशाविशेषेऽप्युत्साहः कार्यः । Post hoc comma in alia omnia discedunt libri.

S. pergit: एतदप्यतिकष्टं त्वया न मन्तव्यं । यतः । राजा कुलवधूर्विप्रा मन्त्रिणश्च पयोधराः । स्थानभ्रष्टा न शोभन्ते दन्ताः केशा नरा नखाः । इति विज्ञाय मतिमान् स्वस्थानं न परित्यजेत् ॥ कापुरुषवचनमेतत् । यतः ।

sequuntur deinde disticha nostra 95. et 96.; ad quem locum de hac re iam dictum est; ceterum observandum est, distichon quod praeterea h. l. exhibet S. melius convenire loco, quo a nobis supra No. 94 collocatum est. Luserunt poetae in varianda sententia, quorum tentamina cumulata sunt in ed. S. Qui पयोधर scripsit, is iocum haud admodum facetum affectavit, duplici vocis स्थान significatu usus. Disticha ternorum versuum, quale hoc foret, ab omni poesi Indica aliena sunt; qua de re disputare non huius est loci. Sed ad Ed. S. revertor, quae deinde, inverso tamen ordine, praebet slocos nostros 164 et 165.

Editor Lond. qui supra iam conservaverat dist. 94. eiusque rei (mirum dictu) minime oblitus fuerat, omittit h. l. versum priorem (स्थान etc.) et post verba: प्रीतिः करणीया pergit: इति विज्ञाय etc. nil omnino varians ab ed. Ser. Codices parum differunt ab edd. P. हिरण्यक उवाच । एतदपि न मन्तव्यं । यतः । राजा कुलवधूर्विप्रा नारीणां च पयोधराः । स्थान - नखाः । इति - परित्यजेत् । मन्थरोऽवदत् । पाय कापुरुष etc. ut edd. देशान् tantum scribens in dist. 95. hem. a. pro स्थानं. Pp. in eo tantum a P. differt (variationi levioris momenti enotandae supersedeo) quod versum istum interpolatum: राजा etc. exulare iubet. Ceterum fateor me caussam huius transpositionis omnino non assequi.

*Dist.* 164. a. Pro सेवेत् P. सेव्यं.

P. 36. *Dist.* 165. a. मण्डुकाः L. vitiose. — c. सोपोगं समुपायान्ति P.

— 166. b. Pro धनुकं P. et S. धनकं; Pp. idem voluit, scribit tamen धनाकं, mendose.

— 167. a. Pro धीरः S. et Pp. minus bene वीरः. — b. initio Pp. परिष्वक्तो insolentius; P. परियुक्तो contra metrum. — c. in fine P. विषमां, contra sensum.

— 168. a. महो मे S. quod ferri potest, quum in seqq. scriptum sit उपयामि, pro quo Pp. et L. mendose scribunt उपयाति. — d. हि inserit ante मनुष्याणां P. contra metrum. Pp. et L. prorsus aliud praebent hemist. भवन्ति संपदो मनुष्याणां vetante metro. Ad sensum comparari possunt hi versus Bhartriharis (p. 47.) पतितो ऽपि कराघातैरुत्पतत्येव कन्दुकः । प्रायेण साधुवृत्तीनामस्थायिन्यो विपत्तयः ॥

— 169. b. नवशस्या च मेदिनी Pp.

— 170. a. नाभिचेष्टेत Pp. male.

P. 37. *Lin.* 1. Pro vocabulo सखे S. praebet अपि च सखे; L. autem substituit haec verba: इति श्रुत्वा लघुपतनको ब्रूते । धन्यो ऽसि मन्थर सर्वथा श्लाघ्यगुणो ऽसि । iubentibus ceteris libris haec verba infr. p. 38, l. 1. collocavimus.

*Dist.* 171. d. Pro ते Pp. मे; sed illud omnino praestat.

— 172. d. शुभावहाः Pp.

— 174. c. Pro मत्स्यैः Pp. नक्रैः, quod satis placet.

— 175. b. कुतनात् S.

— 176. b. किंन Pp. male. — c. et d. संपत्यतो et mox यथेष्टा Pp. संपत्तितो et यथेष्टा P. prius in utroque codice mendosum est, posterius defendi poterit. यतः (hem. b.) est यस्मात्, cui vocabulo respondent in seqq. यतः et यत्, utrumque eodem sensu positum: „quinam dolor maior est quam hic *quod* desideriorum expletio nulla sit et *quod* desideria nunquam nos relinquant." Si यत्र legitur, यत्र et यतः referri debent ad जन्मनि: „in hac vita, a qua abest desideriorum expletio, e qua desideria non recedunt." Sed इष्टसंपत् unum est vocabulum compositum et eius quidem ordinis, quem Tatpurusha dicunt grammatici. पद् c. सं proprium est vocabulum de votis explendis: सर्वे सत्त्वाभीहितसंपादनाय प्रवर्तन्ताम् । Mâl. Mâdh. Prolog.

*Lin.* 14. अन्यच्च भ्रातः शृणु om codd.

*Dist.* 177. b. *fin.* रक्ष्यति (sic) S. — d. एतान् mendose Pp.

— 178. a. *init.* तृष्णैव P. haud male; quanquam हि affirmativa potest esse particula. — S. तृष्णां चेह परित्यक्ता, forma gerundii insolita, nec tamen inaudita. Cf. Ind. Bibl. III, p. 107. — d. च समुपस्थितं P. minus concinne. च exquisitius h. l. positum est et apodosin ducit; idem est atque ततो दास्यमपि ।

*Dist.* 179. b. निवर्तते codd. contra sensum huius loci. — d. pro यतो edd. ततो, male; postulat enim यः relativum, quod sibi respondeat. — Pp. totum versum posteriorem hunc in modum corrumpit: . . . . प्रोच्य यतो न स निवर्तते । P. 37.

*Lin.* 20. Secuti sumus Pp. ad quem P. proxime accedit: ममैव पक्षपातान्मया सहात्र etc. — S. = मम पक्षपातेन ममैव etc. — L. pro पक्षपातात् substituit विश्रम्भालापैः quae locutio iam supra p. 25, l. 17. exstat atque inde, nisi fallor, ab editore L. aut librario quodam huc tracta est. पक्षपातात् exquisitius est dictum, neque tamen sensus dubius esse potest: „meas partes amplectendo." Alia exempla addent fortasse peritiores.

*Dist.* 180. a. आत्मवान्ताः P. quod sensum quidem praebet, sed parum ad mentem auctoris accommodatum. — c. परित्यागाच्च संगान्तं निःसंगाः P. संगान्तं glossema est quod e margine in textum irrepsit. — d. pro भवन्ति हि P. संभवंति. तत्क्षणा mirum tironibus videbitur vocabulum, quum तत् quodammodo otiose additum esse suspicari possent. Sed habet hanc vim, ut significet *eodem* momento, sc. quo nascuntur irae. Eodem modo vim vocabulo पर addit pronomen demonstrativum quum dicatur ex. gr. प्रोक्ततत्पद्. — Vulgatum esse debet, praepositionem आ, nonnullasque alias, contra morem, qui in lingua Indica praevalet, separatim nomini praemitti, interdum etiam postponi posse, casumque certum regere; आ autem, talem in modum praeponi tantummodo et ablativum regere, nonnunquam etiam accusativum; significationem tum esse *inde a*, vel: *usque ad.* Exempla habebis Bhag. Git. VIII, 16. Râmay. I, 5, 1. Manu X, 64. V, 88. II, 264. II, 22; vid. praeterea notam Haughtonis ad II, 101. Comment. de Pentap. Ind. p. 90. Ind. Bibl. III, p. 67 seqq. Rariora sunt apud recentiores exempla, inveniuntur tamen; vid. Megh. Dut. v. 11. Sânkhya Sûtr. v. 55. तत्र जरामरणकृतं दुःखं प्राप्नोति चेतनः पुरुषः । लिङ्गस्याविनिवृत्तेस्तस्माद्दुःखं स्वभावेन । — Accusativus quamvis rarior, est tamen legitimus. Mund. Upan. p. 2. आ सप्तमांस्तस्य लोकान् हिनस्ति; et alibi. Usum ipsum hunc docent *Paninis* T. I, p. 102 ed. Calcutt. et *Amara-Sinhas* XXVIII, 1. ibique Colebr. p. 362. Est omnino antiquus hic usus in Indorum lingua, quo praepositiones eodem modo atque in aliis linguis, usurpantur, neque ad praepositionem आ restringendus; vid. Panin. l. l. p. 114. Immo Homericae istius licentiae, qua praepositiones a verbis, quibus praefixae sunt, interiectis aliis vocabulis seiunguntur, exempla aliena non omnino sunt a vetustissimis Indorum libris. Kath. Up. p. 2. प्र ते ब्रवी-

P. 37. मि. — Kath. p. 4. श्रेयो हि धीरोऽभि प्रेयसो वृणीते । — *ibid.* 5. अति मा सृजैनं Adde exempla in *Rosenii* Spec. Rigved. obvia. Postponi in dialecto Vedorum posse praepositiones docet Paninis, I, IV, 80 et 81 ते (उपसर्गाः) प्राग्धातोः ॥ छन्दसि परे ऽपि ॥ Exemplum affert हन्ति नि मुष्टिना i. e. निहन्ति । Seiunctionem praepp. permittit Paninis §. 82. व्यवहिताश्च । exempl. आ मन्द्रैरिन्द्रहरिभिर्याहि । i. e. आयाहि । Casuum frequentiam in caussa fuisse, eur hoc loquendi genus obsoleverit, satis erit peritioribus indicasse; video enim totam hanc rem a nostro loco esse alienam; restat ut dicam, आ quanquam praefixum vocabulo, quod eum alio compositum sit, tanquam h. l. आमरणान्त, eandem potestatem *usque ad* servare posse. Eodem modo dietum est Ram. I, 1, 12. आजानुबाहुः.

Addunt W. et L. distiehon hocce:

सर्वत्र जन्तोर्नियमात् पतनश्च समुच्छ्रयाः ।
संयोगाश्च वियोगाश्च मरणान्तं हि जीवनं ॥

Corrige नियमाः.

P. 38. *Lin.* 1. Omittit hane lineam L. utpote quam supra p. 37. l. 1. eollocaverat. — इति श्रुत्वा om. eodd. — सर्वथा S. — आत्मप्रणीयगुणाः P. श्लाघ्यगुणाः S.

*Dist.* 181. b. आपत्तारणहेतवः et c. लग्नानां Pp. neutrum male.

— 182. om. codd. et S. sed interpretatus est uterque interpres.

— 183. b. in fine. सत्पुरुषवृत्तय Pp. idem praebet P. sed versum excedens addit inscite स एव सः । — d. pro विभागाः L. विभिन्नाः ।

*Lin.* 8. तदेवं L. अथ तदेवं S. — एवं om. P. et mox एते pro ते exhibet. Pronomini ते addit Pp. तत्र. — सुखमनुभवन्ति P. कदाचित् ex eodem.

— 10. Pro भयहेतुं S. मृगं, male. — आकलय ex Pp.; आकलयामि = जानामि Gît. Gôv. III, 7. L. et P. अवलोक्य, minus bene, quum nil videant, sed suspieentur tantum. Melius S. अवलोक्य भयं संचिन्त्य. Pro गतः P. गतवान्, L. et Pp. प्रविष्टः parum eleganter repetito verbo paullo antea obvio. — उड्डीय P. et S.

— 11. वृत्तं S. ex quo contra आयातः recepimus pro गतः. — लघुपतनकेनापि P. — भयहेतुर्न कोऽप्यायातीत्यालोचितं ।

— 12. पश्चात् तद्वचनादागत्य S. qui et mox: तत्रैवोपविष्टाः quod negligere non debebamus. P. पश्चात् ते सर्वे पुनरागत्य तत्रोपविष्टाः । — भद्रं om. P. भद्र Pp.

— 13. Pro कुशलं S. स्वागतं P. स्वागतं ते । P. mox: स्वेच्छाहारोदकं सुखेनानुभूयतां । अत्रावस्थाने ete. sed locativus huc non facit. — 14. भद्रं om. Pp.

*Dist.* 184. Om. codd. S. et J.

*Lin.* 17. तत्र om. codd. et S. — सख्यं pro मित्रत्वं S. P. 58.

— 18. सहायत्वनिष्पन्न एव भव Pp. seiungendum foret, si hanc scripturam defendere quis vellet, मित्र त्वं; sed vel sic sensum commodum omnino non praebet. Hiranyaci verba in P. haec leguntur: मित्रत्वं सिद्धं भवतु । — S. सह भवता यत्नेन मिलितुं । यत्नेन vero inscite divulsum est a vocabulo praecedente et मिलितं मित्रत्वं nescio quid sit.

*Lin.* 21. भवता inserit post अत्र S. — P. pro तदत्र scribit मित्र, reiiciens अत्र post निर्विशेषेण. — निर्विशेषं P. ferri potest adverbium. Pp. विशेषेण, male. - सानन्दः स्वेच्छया कृताहारश्च P. quod ad idem redit; huius autem codicis scriptura freti emendavimus ed. L. et Pp. qui कृत: scribunt; puncto gemino deleto legitimum evadit compositum, ad huius loci sensum egregie aptum. P. सानन्दो भूत्वा स्वेच्छाहारं कृत्वा. — *Lin.* 22. अस्तावसन्न Pp. contra sensum. — छायां Pp. et L. mendose.

*Dist.* 186. desideratur in ed. S. et codd. — Emendavimus, iubente P. 59.
ipsa sententia, adstipulantibus interpp. इष्टका pro इयका, quae scriptura nihili est; इष्टक ad masculinum genus restringitur a Wilsone, at femininum tuetur h. l. versus. Notanda est praeterea constructio huius loci, qua plura nomina generis diversi excipiuntur a praedicato, singulari numero posito; neutrum genus legitimum est tali verborum nexu, sed pluralis solitus est numerus; vid. supr. ad prooem. d. 26. Singularem tamen h. l. ab omni dubio immunem esse censeo; nam res istae coniunctim non cogitandae sunt, sed singulatim: atque hoc in caussa est, cur sequatur singularis; neutrum autem genus positum est aut propter diversitatem generis, quae in nominibus antecedd. obtinet, aut quia neutrius generis nomen ultimo loco legitur; prior tamen ratio, nisi fallor, magis ex grammatica Indica est.

*Lin.* 3. अथ abest a P. — केन त्वं P. — Confundit ordinem verborum P. मृग एतस्मिन् निर्जने वने केन त्वं आसितः कदाचित् etc. — निर्जनवने L. et Pp.

— 4. किं om. P. — 5. नृपतिः S. — स च om. S. et mox: दिग्विजयव्यापार-क्रमेण, nimis abundanter. नद्यो ante तीरे inserit S. — कटक orationis illustrandae caussa recepimus ex S.

— 6. अत्र om. codd. — 7. pro अवगम्य edd. et Pp. आलोच्य. — 8. यथावस-रकार्यं S. — तथा retinuimus ex ed. L. quanquam abesse potest; verum minus frequentia sunt exempla omissae huius particulae in hac iunctura: यथा - तथा, praesertim in oratione soluta.

P. 39. — 9. ततो हिरण्यको विहस्याह । S. minus apte. पुनर् om. S. —

— 10. प्राप्ते om. P. — गङ्गतः को विधिः L. गङ्गतः का विधा Pp. prius huc non facit, posterius ferri potest.

*Dist.* 187. c. स्वभूमिः श्वापदादीनां S. sed praestat nostra scriptura, quam praeterea tuentur interpp. — d. pro सैन्यं S. मन्त्री; P. राज्ञां सौमंत्रयं बलं; sed acquiescendum est in vulgata.

— 14. Pro भविष्यति S. भवितव्यं, per se haud male. P. = - उपदेशेन यद्भूतं भविष्यति तच्छृणु ।

*Dist.* 188. b. Pro सन्न S. कुच. — c. ex coniect. dedimus अभवत् pro भवेत्, quod prorsus nulla idonea ratione defendi potest. P. = - पुत्रोऽतिदुःखीव et mox d. तथैव त्वं. In qua scriptura इव in primis displicet.

*Lin.* 18. वीरनाम्नि P. — नगरे निवसति तेन तुरंगबलो नाम S. (pro तेन initio commatis substituit तत्र) male intrusum est istud निवसति, ut nemo non videt. तुरंगबलो praebet etiam L. et J. W. uti nos. Pro भोगपतिः substituit ed. L. युवराजः; Pp. exhibet भोगपतिः ।

— 19. एकदा ante स्वनगरं inserunt edd.

— 20. अपिपाक्पुत्रौ P. et deinde: अवलोकयामास । — स्वहर्म्यतलं P. — स्मराकुलमतिः S. praestat participium, quia h. l. de certo quodam tempore sermo fit. Subiiciunt edd. post virgulam hoc Bhartriharis distichon, quod exhibebo ex editione principe p. 34. posthac enotaturus peccata edd. Lond. et Ser. Abest dist. a codd. et interpp.:

सन्मार्गे तावदास्ते प्रभवति च नरस्तावदेवेन्द्रियाणां ।
लज्जां तावद्विधत्ते विनयमपि समालम्बते तावदेव ।
भ्रूचापाकृष्टमुक्ताः श्रवणपथगता नीलपक्ष्माण एते ।
यावल्लीलावतीनां न हृदि धृतिमुषो दृष्टिबाणाः पतन्ति ॥

a) Pro च नरः edd. पुरुषः, sed praestat additio copulae. b) लज्जा तावद्विधत्ते S. absurdam lectionem repetivit L. d) Pro धृतिमुषो edd. परिपाता, inepte, nisi probari posset, hoc participio designari sagittas uncinatas; quod tamen dubito. मुष्, proprie *furari*, usurpatur hoc sensu translato; vid. Nal. V, 7. quem locum excitavit *Rosen.* s. v. Ut cetera expediamus, monendum est, oculorum intuitum cum sagittis comparari; oculorum autem sagittis pennae sunt cilia; arcus est supercilium; ex hac metaphora omnia sunt explicanda. आकृष् verbum proprium est de inten-

tione arcus, quae fit *nervo attracto*, ज्याकृष्ट्या, ut Indice loquar. (Vid. Amar. Satac. v. 1.) A nervo autem attracto et deinde manu misso impellitur sagitta; भ्रूचापाकृष्टमुक्त est igitur: भ्रूचापे चाकृष्टो मुक्तश्च बाणाः । Sequens vocabulum अपाङ्गपातात intelligendum est de oculis transversum intuentibus, de oculis limis, cuiusmodi obtutum proprio vocabulo कटाक्ष appellant Indi; कटाक्षोऽपाङ्गदर्शने *Amara Sinhas* s. v. vel ut definitione utar poetae (*Chaura Panchâsika* v. 5.): अद्यापि तां सुरतजागरघूर्णमान- । तिर्यग्वलत्तरलतारकदीर्घनेत्रां । . . . स्मरामि ॥ Addendum, proprium hoc esse Indorum, oculos habere praelongos, aures versus porrectos; अपाङ्गायताक्षीं puellam suam dicit Chauras; cuius epitheti explicationem hanc praebet scholiastes: अपाङ्गपर्यन्तं आयते दीर्घे अक्षिणी लोचने यस्याः सा । neque fere unquam in virtutibus puellarum canendis oculorum hanc longitudinem silentio praetermittunt poetae erotici, inter quorum versus huc facientes, quos laudare possim sexcentos, hisce solis locum in hoc commentario tribuam: Amarû Sat. 51: इयमसौ तरलायतलोचना । गुरुसमुन्नतपीनपयोधरा । पृथुनितम्बभरालसगामिनी । प्रियतमा मम जीवितहारिणी ॥ Cilia denique, cur nigra sint dicta, nullo eget commentario. P. 39.

*Lin.* 21. तदवलोकनादेव P. — *Lin.* 22. प्रभृति om Pp. — S. sedes mutare iussit vocabula चित्र et हृदय; male.

*Dist.* 189. Pro hoc disticho, quod supra post dist. 109. exhibuerat, substituit ed. L. hosce versus, a ceteris libris alienos: P. 40.

असत्यं साहसं माया मात्सर्यं चातिलुब्धता ।
निर्गुणत्वमशौचत्वं स्त्रीणां दोषाः स्वभावजाः ॥

*Lin.* 3. अहं पतिव्रता, Codd. omissis cett. usque ad finem commatis. — Ed. Ser. haec substituit verba: अहं पतिव्रता । कथमेतस्मिन्नधर्मे पतितुकुने प्रवर्ते ।

*Dist.* 190. Legitur in episod. Bhârateae de Sacuntala VII, 37. ed. Chézy. — 191. Secuti sumus codd. qui hosce duos versus uni disticho tribuunt; divellunt edd. posteriorem versum a priori, alios quosdam versus inserendo, quos hic repetere debeo. — Post dist. 190. pergit igitur ed. Lond.

*a.* न सा भार्येति वक्तव्या यस्यां भर्ता न तुष्यति ।
*b.* तुष्टे भर्तरि नारीणां संतुष्टाः सर्वदेवताः ॥
*c.* कोकिलानां स्वरं रूपं नारीरूपं पतिव्रता । [व्रतं]
*d.* विद्या रूपं कुरूपाणां क्षमा रूपं तपस्विनां ।

P. 40. *e.* भर्ता यस्या गुणान् ब्रूते शीलधर्मसमन्वितान् ।
*f.* अग्निसाक्षिकमर्यादो etc.

S. distichon medium sive versus c. et d. omisit. Jon. quatuor horum versuum exhibet et hoc quidem ordine: a. f. c. d., b. et e. omissis; W. eosdem quatuor versus exhibet, eodemque ordine; unde satis superque apparet, duos versus b. et e. ex editione Seramp. in Londin. migrasse neque ulla alia auctoritate frui; versus praeterea, quem littera e. insignivimus, omnino non cum ceteris componi potest. Restat igitur singulus versus b., qui per se optime se habet et nisi fallor in Rameïde nescio quo loco legitur, qui tamen hcic locum sibi vindicare nequit. Versus c. et d. distichon sane efficiunt, sed eam solam ob rationem huc tractum, quod ad vocabulum पतिवृत dist. 190, d. aliquis adscripserat hosce versus, quos si textui inserere velis, locum eis dare debebis inter dist. 190 et 191. — Ceterum recepimus Dist. 191, a. विख्याता e codd. pro प्रख्याता.

अग्निसाक्षिकमर्यादः ut explicem, primo loco aliud exemplum in auxilium vocabo: सख्यं अग्निसाक्षिकं dicitur Râm. I, 1, 59. „amicitia coram igne vota"; अग्निसाक्षिका मर्यादा est coram igne votum officium (sc. uxoris erga maritum); अग्निसाक्षिकमर्यादः est maritus, cui coram igne fidem spondet uxor, quae ignem testata est, se officia sua esse expleturam. Cf. p. 28, l. 14. कुलमर्यादा.

*Lin.* 9. मे om. P. — तत् semel tantummodo ponunt edd. et P. qui quidem सर्वं praebet pro एव. — तत्तत् परं Pp. prius recepimus propter praecedens यावत्, hoc omisimus utpote sensu h. l. cassum. व्यभिचारितं perperam S. — दृष्टुकं S.

— 10. सत्यतमं et in responso Lavanyavatidis मुग्धे सत्यमेतत् S. Istud abundat, hoc elegantius exprimitur addita particula एव. — एव ante दूत्या om. Pp. recte nisi fallor. ततो दुतिकया (sic) गत्वा तत्तत् सर्वं तुंगबलस्याग्रे निवेदितं S. Pro दूतिकया (sic enim corrigendum est, quod vix monendus est lector) Londin. editor दूती posuit, retinens tamen in fine commatis निवेदितं; pro तत्तत् quod ex linea 9 huc tractum esse videtur, L. melius तत्; in cett. a S. haud differt. अग्रे sexcenties praepositionis more addi in prosa recentiore, qua compositae sunt fabulae populares, *Vetálapanchavinsatí*, *Sinhásanadvatrinsatí*, *Sukasaptatí*, observavi et exemplis probare possim, si

operae pretium sit. De nominis diversitate, qua edd. Turangabalum P. 40.
dicunt nostrum Tungabalum, supra iam monitum est. —

*Lin.* 11. Pro निवेदितं P. आवेदितं । — तच्छ्रुत्वा om. Pp. समानीय P.

*Dist.* 192. d. कर्मणि L. Ne quis arbitretur, locativum praeferendum esse, apponam hunc Rameïdos locum: I, 36, 5. एष पन्था मयोद्दिष्टो येन यान्ति मद्विधाः । dicitur etiam गच्छति पन्थानं, अध्वानं etc. vid. l. l. 33, 20. Unaquaeque autem harum constructionum verborum eundi, cum locativo, instrumentali vel accusativo vim habet sibi propriam neque una pro altera poni potest, quod non huius loci est fusius demonstrare.

*Lin.* 16. अस्ति om. Pp. perperam. Idem mox: ब्रह्मपुरारण्ये.

— 17. महद्धस्तो P. dubito tamen, an महत् poni possit in compositis pro महा, nisi sequens vocabulum a vocali incipiat, veluti Râm. I, 12, 11. महदावासाः । — आलोक्य codd. — पपप्यं Pp. minus bene.

18. मार्यते ex P. ceteri म्रियते. — तदस्य देहेनास्माकं मास- etc. P. — स्वेच्छा om. S. स्वेच्छया P. — भवति Pp. male. Pro ततः edd. तत्र; P. तद्, hoc male, istud secus. एकेन conservavimus propter consensum librorum. वृक om. Pp. — प्रभावेण P. pro एतत् edd. अस्य, Pp. एवैतत्.

— 20. कर्पुर L. sed peccat semper fere in hoc vocabulo ista editio. — समीपं edd. — अष्टाङ्गपातेन P.

— 22. पशुभिः ante मिलित्वा addunt edd. — भवत्सकाशं om. Pp. युष्मदन्तिकं substituit P. — Pro यद् in fine paginae P. यतो.

*Lin.* 1. Pro युक्तं P. युज्यते Pp. नायाति। Germanice sic loquimur, haud scio P. 41.
an Indice. — अभिषेचितुं Pp. सर्वं om. P. — स्वामी Pp. perperam, quia compositi pars est. Ceterum animadvertendum est, infinitivum h. l. mutuari vim passivam a participio निरूपितः, a quo regitur. Notum hoc est de शक्, ad quod verbum minime restrictus est hic usus: chartae parciturus pauca tantum exempla addam: Mudrâ - Râx. Act. V. fol. 46. cod. Par. पारक्यः प्रणयाय मांसवदहो विक्रेतुमेते वयं ॥ infr. p. 49. l. 10. कार्यमितुमारब्धः । Sâvitry-upâkhyân. V, 15. अर्हः - उपनेतुं ।

*Dist.* 193. a. कुलाचारज्ञनाचारैः L. et Pp. cui obstat praecipue quod सः in seqq. aegre carere possit praenomine relativo antecedente. अभिज्ञन praeterea melius huc quadrat quam ज्ञन, neque aliud est, si in partes suas dissolvitur compositum nostrum, quam कुलाचारैर् अभिज्ञनाचारैश्च. — d. स्वामि mendose. L.

P. 41. *Dist.* 194. c. लोकेषु P.

*Dist.* 195. a. पर्जन्यं Pp. mendose etiamsi neutro genere efferri posset hoc vocabulum; religiose enim observant auctores Indici hanc regulam, ut apposita atque comparata eiusdem generis sint atque ea nomina, quibus apponuntur vel quibuscum comparantur. Dicunt अयोध्या पुरी, nunquam: अयोध्या पुरं et vice versa: कांचनपुरनाम्नि नगरे (infr. p. 63. l. 5.) Non potest tamen non fieri, quin interdum discedatur ab hac regula, quotiescunque vocabulum fuerit adhibitum, quod unius tantummodo generis esse possit; quod in comparationibus saepius accidere debet quam in appositionibus. Ad hoc exceptionis genus pertinent vocabula मित्रं, प्रमाणं, प्रधानं. Totam rem, quam breviter h. l. indicare tantum volui, fusius enarrandam relinquo ei, qui aliquando exstiterit syntaxis Indicae conditor. — Pro पर्जन्य scribunt S. et P. पर्यन्य. Utraque scriptura a Wilsone agnoscitur, quanquam certissimum est, posse unam tantum esse veram, qua de re non huius loci est dicere.

*Dist.* 196. a. Pro विषय P. विष, contra metrum et sensum. — b. शान्तवृत्तिः in fine P. — c. कृशमपि edd. male, propter eiusdem particulae repetitionem in hemist. sequente atque eadem versus sede. — नियतविषयवर्ती i. e. नियतं विषयेषु वर्तते यः सः। talis autem homo, qui et साधुवृत्तः dicitur, difficilis est repertu in hoc mundo, qui tantum poena inflicta in obedientia contineri solet; construo igitur: यस्मिन् जगति प्रायशो दण्डयोगात् परवशो; quae quanquam paullo durior mihimetipsi videtur constructio, sola, nisi fallor, est, quae ad hunc contextum quadret. Probare enim vult poeta, sine rege vivere non posse homines, qui, nisi metu poenae continerentur, omni libidini sese tradituri forent; poenarum autem dispensator est rex. Interpretationem quam proposui tuetur quodammodo altera distichi pars, in qua दण्डभीति respondet दण्डयोगात् antecedenti; femina autem quae marito se tradit, परवशा est, sicuti orbis (जगत्) in obedientiam redigitur (परवशं fit) eandem propter rationem, atque illa. — Ceterum कुलनारी, sicuti कुलस्त्री, plerumque per mulierem *castam* reddi solet; quod falsum. Mulier est *nobilis*, quae super ceteras feminas pro excellentia originis suae castimonia excellere debet; quanquam secus nonnunquam accidisse apud Indos, omnium regionum et aetatum experientia minime improbabile reddit.

*Lin.* 13. विचलति S. minus bene. — दैवेन abest a codd.

— 14. सम्युक्तः ante चलितः inserit P.

— 15. ततो हस्तिनोक्तं P. तत्कालेन हस्तिना etc. edd. — सखे om. P. qui et महापंके P. 41.
पतितोऽहं omittit. — महा abest a Pp. et S.

— 16. — निपतितोऽहं S. quae editio sola addit: म्रिये परावृत्य पश्य. — पुष्ट Pp. male, quia पुष्ट a seq. composito seiungi debet. — S. corrupte: पुष्टकावलंबनं. L. aliter: मम पुच्छाग्रे हस्तं दत्त्वा.

— 17. तस्य फलमेतत् omittit codex uterque, quod eo magis miror, quo minus intelligam, quomodo protasis ista यस्य etc. sine apodosi stare possit; iusto enim durius foret, referre haec verba ad antec. मम. In prorsus diversa discedit S. यस्य मद्विधस्य वचसि त्वया प्रत्ययः कृतः तदनुभूयतामप्रत्यर्थं दुःखमिति । quae verba prorsus sunt sensu cassa, nisi in priori positione corrigatur यद् pro यस्य; attamen vel sic minus bene huc conveniunt.

*Dist.* 197. a. यदा L. — निरतो codd. et S. pro रहितो, sed निरत est *contentus*, quod huc non facit. Voluere विरतो. — c. pro तदा S. तथा male; Pp. अथ, melius quam S. neque tamen bene.

— 20. Verba ततो — भक्षितः om. codd.

— 21. तं abest a P. — चारुदत्त S. et P. — Nomini proprio addit P. लावण्यवतीप्रियं । Pro स in fine lineae P. असौ; omittit hoc pronomen una cum nomine mox sequente Pp. असौ autem tuentur mox init. incisi subsequentis libri omnes, a quo loco praeterea haud bene removeri potest propter additum aliud pronomen तेन; असौ pro स nomini राजपुत्रः praemissum reliquimus cod. P. —

— 22. नियोजितः edd. नियुक्तः P. qui etiam praecedens कार्यं singulari numero effert. Sed praestat h. l. praesens, quia sermo est de actione saepius repetita, vel potius continua; cui rei designandae saepius in lingua Indica inservit praesens.

*Lin.* 1. तत्रैकदा P. — स्नानोपस्थितेन S. — pro अलंकार P. रत्न; ambo haec p. 42.
vocabula cumulavit S. — प्रोक्तं S. तस्योक्तं P. — In seqq. secuti sumus L. et Pp. inter se conspirantes; P. प्रतिरात्रं minus bene ante मासं collocat omisso मया; S. omittit pariter मया, eius loco exhibens seq. अद्यारभ्य, pro quo तदत्र legitur. — एकां repetimus, suadente Pp. quanquam repetitione non opus sit h. l. quum distributiva vis iam insit adverbio प्रतिरात्रं. — एकां omnino omittit P.

— 3. सा च P. — विधिना omittit Pp. यथोचितालंकारेण P. — इति commati subiungunt codd. — स deest P.

— 4. Pro तरुणीं P. कुलीनां, S. नवयुवतीं; hoc male; invenitur saepius नवयौवन; sed नवयुवती nullibi me legere memini. — समर्पयति edd. — प्रहृष्टः सन् S.

P. 42. — 5. दूरादस्त्वालंकारगन्धचन्दनैः edd. Secuti sumus codd. — स्त्वलंकरणैः Pp. quae forma inusitatior certe est.

— 6. तारुण्यं ex codd.

— 7. Pro चेतसा cdd. मनसा difficile est dictu, quodnam vocabulum melius huc conveniat, sed si usum respicis poeticum, nil fere interest. — Codd. scribunt लोभाकृष्टेन चेतसा, quod minus bene dictum est, quia alius instrumentalis iam praccedit. — Edd. स्वश्रवं लीलावतीमानीय समर्पिता । absurdam scripturam enotasse satis est. — Pro राजपुत्रः S. तुरंगबलः.

— 8. विताय edd. — सर्वांभ्युत्थाय om. Pp. priorem vocem etiam P. qui mox निर्दयं et कालिंगय inverso ordine exhibet. Pro निर्दयं S. निर्भरं. — उन्मीलित praebent L. et Pp. quod minus ex huius loci ratione esse videtur. Confirmat cod. P. lectionem editio S. ubi कानंद omisso, exstat: निमीलिताक्षः ।

— 9. निषसाद codd. — ततस्तद् P. — Lin. 10. मूढश्च P. copula ferri potest. In fine commatis S. उपगतः, L. उपागतः, Pp. आगतः. — इतिकर्तव्यता pro uno vocabulo accipiendum est, cuius vis tamen nondum satis perspecta mihi sct. इति कर्तव्यं quum notet: « sic faciundum » nomen hoc significare potest pracsentiam animi, qua praeditus homo intelligit, quid sit faciendum; aut inopiam consilii, quum homo aut nesciat, quid sit faciendum, aut serius quam par sit perspiciat, hoc facere se debuisse; postrema interpretatio melius huc quadrat. Desideratur vocabulum in Wilsonis lexico, a quo huiuscemodi nomina haud sine magno nostro impedimento absunt, quum sola coniectura saepenumero definiri nequeant et rarius inveniantur, quam ut comparatione diversorum locorum vis atque potestas eorum appareat. — Reperi posthac *Sávitry - Upákh.* III, 7. huno versum: तस्य सर्वमभिप्रायमितिकर्तव्यतां च तां । सत्यवन्तं समुद्दिश्य सर्वमेव न्यवेदयत् ॥ ubi significatus est: *propositum*, *consilium*. Sic interpretatus est etiam *Boppius*. इतिकर्तव्यतामूढः nostro loco reddi potest: *consilii capiundi inops*. — चित्रलिखित si eodem sensu h. l. accipiendum est, quo comparationes cum rebus pictis frequentius ab Indis ponuntur, idem est atque *immobilis*. Conf. Urvasí Vicram. Act. I. चित्रारम्भविनिश्चलं हयशिरस्यायामवच्चामरं ।

*Lin.* 11. भवितव्यमिति libri; expunximus otiosam particulam. — ततः omitt. codd. et S. — यथार्थं L. et P. Male.

— 12. — मुषितः ex Pp.; om. L. substituit S. विमुग्धः, P. मृतः — तलाश्रयं L. et P.; तं तलाश्रयं S. ubi transponitur: मंथरस्खलितः । — ततस्ते P., qui mox अनुगच्छुः — S. fusius: हिरण्यकादयः स्नेहादनिष्टं शंकमाना (l. शंकमाना) मंथरमनुगच्छन्ति ।

— 13. स्थले गहन् om. codd. — कानने S. वनं om. P. — स om. S. — P. 42.

— 14. ततस्तं गृहीत्वा P. च addidimus ex Pp. — भ्रमन् addunt post श्रुत्वा Pp. et S. परिभ्रमन् P. Pro धर्माकुलः P. श्रमाकुलः; S. क्लेशात् क्षुत्पिपासाकुलः; sic etiam L. omisso tamen क्लेशात्. — च om. codd. — प्रयातः ex P. ceteri चलितः; sed legimus hoc verbum iam l. 12.

